a disciplinaribus distinguuntur.

Jus cano. non circa leges dogm. versatur, sed circa discipl: quapropter summopere nostra interest aliquod exhibere criter: per q. leges discipl. a dogmaticis valeant dispesci. Jam vero ad rem conficiendam solent ab auctt. juris nostri solent varia proponi

regulæ quas tamē plereq laborant ... ambiguitatis vitio: Brevior ē securior via rē determinare possumq, inspecta duntaxat dogmatis ... disciplinæ natura, ex qua promanant notæ, optime inservientes ad distinguendas leges dogm: ē disc: Etenim quidē vera dogma ē veritas certo a Deo revelata, ergo lex eccl. quæ veritatē docet, dici debet dogm. Rursq disciplina ē praxis agendi in ordine ad dogma, ergo lex quæ praxim præscribit, dicenda ē discipl. Duplici m° pō docere veritas ē facta præscribi: v. directe ē positive v. indirecte ē negative. Siquidē Eccl. tradit veritatē directe quando in lege sua eā expresse fidelibq proponit, indirecte quando errores condemnat. Rursq præscribit facta positive, quando aliquā actionē jubet, indirecte, quando reprobat. Inde leges prædictæ possunt sub 2^{ci} forma sese exhibere.

Forma directa ē positiva relate ad leges dogm: hæc esse solet: Eccl. docet v. docemq v. firmiter credimq v. a Deo revelatū ē. Relate ad leges disc: consuetæ formulæ istæ sunt: Eccl. præcipit, volumq, jubemq, mandamq. Forma autē indirecta, negat. pro leg. dogm: hæc ē: si quis docuerit, ita senserit, crediderit a. sit. Pro leg: discipl: si quis nō fecerit, nō obedierit.

Jā vero hujusmodi formulæ, expressiones, quibq in lege dogm.

proponitur aliqua credendi ratio, vel dic: aliqua agendi ratio nobis exhibent totidem notas, quibus leges dogm. a discipl. valemus discriminari. Certe si quando aliquis praescribat praxim & hanc praescribendo fidem doceat: mandansque h. faciendo ut omnes fideles credant hanc veritatem — hic quando directe erit discipl. indirecte dogm. quandoquidem Eccl. per hanc singularem legem mandat factum, quod docet dogma.

De subjecto eccl. legum.

Subj: legis est communitas legislatori subjecta. Ipsa sola legis vi adstringitur. Verum in jure nostro ex singulari legum eccl. natura h. contingit, ut legum ipsarum obligatio v. extra Eccl. extendatur v. possit extendi. Porro ad hanc differentiam rite enucleandam juverit inquirere quinam subdantur eccl. legibus. Leges Eccl. aliae sunt dogm. aliae discipl. Unde legibus dogm: obstringuntur omnes homines s. baptizati s. infideles. Etenim dogm. legum ea est natura, ut ipsae novum jus minime determinent, sed potius jus declarent. Porro sicuti div. juri subsunt omnes homines & veritatibus a Deo revelatis pariter credendum est ab omnibus, ita pariter legibus eccl: ab auctor. Eccl. editis omnes homines subduntur. Subj: legum disciplinarium sunt omnes qui subjiciuntur Eccl. potestati. Quinam dici debet Eccl. potestati subjectus, vulgo est jure

respondetur: oēs qui baptismū susceperunt, ergo oēs baptizati ex-
istunt legū eccl. subjecti. Oritur difficultas: cū nō oēs hoēs baptiz.
cathol. Eccl. membra existant, sed nonnulli ab Eccl. corpore sunt
discissi, difficultate videtur ingerere mo quo illi ab eccl. aucto-
ritate segregati, imo aliquando rejecti, subdantur tamē Eccl. po-
testati ejusq legibq discip. teneantur. Facili pacto enodabitur diffi-
cultas, si tantisper investigemq baptizmatis naturā ē hujq
sacr: effectq. Baptismq nō ē mera caerimonia exterior, qua
hoēs dant nomē eccl. auctoritati, sed verū novae legis sacr. q.
aggregando hoē Ecclesiae, efficit, ut ipse in perpetuū distin-
guatur ab aliis qui h. sacr. minime receperunt. Gratiae sanct:
ficantis effectq pō v. in ipso sacr. elidi ob pravā dispositionē
adulti v. pō baptizma amitti per subsequens lethale peccatū
sed aliq ē effectq, character, signū indelebile, in anima
impressq ē a valida baptizmatis collatione inseparabile.
Hujq in character hoē elevat ad statū supernat. qui statq
ē inamissibilis, cū character indelebilis perduret, proinde
hō in h. statu supernat. positq obligatur ad eundē statū
excolend perficiend. Hunc statq perpetuq nullatenq ab hoē
baptizato perfici, excoli pō, nisi per legislationē quae pro-
pria sit ordinis super: haec vero ē legislatio Eccl.

Eccl. auctoritas etenim ad h. instituta e, ut hō dirigatur ad finē supernat. Ergo character baptism. elevans hōē ad statū supernat. qui nō pō perfici absq legislatione eccl. auctor. obligat hōē ad ejus legislationē observationē, unde fit q. cū hic status legislationē Eccl. necessario exigens, propriā voluntate abjici nequeat nec ullo hum. jure solvi, hinc baptizatus nō pō a legib. Eccl. solvi. Quapropter oēs baptizati tenentur Eccl. legib. discipl. Hinc manant:

Coroll. 1. Quotquot sunt Judaei, pagani, turcae, isti minime subjiciuntur discipl. legib. eccl. societatis. Leges enim viribus populi, cui imponuntur, debent esse accommodatae. Vires autē populi pagani naturales sunt & proinde ordinatione quidē dicunt ad legislationē natur. nō vero supern. Idē dici debet de catechumenis – sess. XIV. c. 2 Trid. cū in neminē Eccl. potestate exerceat qui nō prius in ipsā per baptismi januā sit ingressus.

Coroll. 2. Oēs quotquot sunt haeretici, schismatici, apostatae excommunicati, licet tanquā putrida membra ab Eccl. corpore sint abscissa, tamē obligati permanent Eccl. legib. disc. quandoquidē indelebilis permanet baptis. character, seu dicendum est eos malitia ipsis commodū attulisse, nemo

vero ex sua perversitate aliquam debet referre utilitatem. Verum licet hujusmodi doctrina in jure tuto tenenda sit, tamen in facto non intelligi debet, omnes et singulas leges Eccl. respicere semper schismaticos et haereticos ex legislatoris intentione. Etenim Eccl. auctoritas minime intelligit obligare subditos rebelles, pravos eorum quapropter si quae leges Eccl. non obligent baptizatos in facto, id non pendet ex eo quod Eccl. non polleat jure ipsos obligandi, sed quod ipsa Eccl. uti jure suo non intendat. Quapropter omnes baptizati in jure tenentur legibus Eccl. disciplinae. Verum ex singulari Eccl. constitutione habentur non solum leges generales, sed etiam speciales, quae non totam societatem, sed quandam ejus parte obligant. Hinc particularibus legibus Eccl. tenentur illi homines baptizati qui existunt subditi illius legislatoris secundarii. Hinc quaestio fit, utrum quis declinet vim et obligationem legis alicujus particularis quando ipse relinquit territorium legislatori subjectum v. utrum lex Eccl. particul. semper obliget subjectos, s. in territorio maneant s. extra territor. degant. Resp: legem particularem adstringere subditos qui manent in legislatoris territorio, ita sec. saniorem sententiam. Tit. de const. c. 2 in 6° extra territorium jus dicenti impune non paretur i.e. legislator non potest obligare illum qui extra territorium commoratur

ē revera legis positio differt a praecepti impositione, siquidē praeceptū dicitur cū persona ambulare, lex vero, quamvis afficiat personā, tamē ad territoriū pertinet. Quapropter declinat legē dioc: qui territoriū relinquit. — —

<u>Coroll.</u> Peregrini sc. qui e suo domicilio discesserunt cū animo eo revertendi, minime tenentur legibꝰ particularibꝰ territorii ad q. pertinent dū peregrinantur. Rursꝰ vagi i.e. qui nullū domicilium aut quasi domicilium habent, nec nō ipsi peregrini minime tenentur legibꝰ locorꝫ per quae transeunt. Etenī isti vagi ē peregrini, quamvis maneant ad tempꝰ in his locis, quibꝰ peregrinātur, tamē nō exinde fiunt subditi illiꝰ localis legislatoris qui ibi jꝰ constituit. Ita generatī loquendo. Si quidē in specie s. vagi s. peregrini possunt persentire vī legis locorꝫ per quae transeunt, ē h. nō tantū contractꝰ initi aut delicti ibi perpetrati, sed etiā ratione scandali ē perturbationis, quae oriri posset in illis regionibꝰ, si peregrini nō tenerentur locorꝫ legibꝰ. Tū pō legislator ea statuere quae afficiant quoq peregrinos, licet ejꝰ subditi nō sint. Ejꝰmi statuta determinarent quandā conditiones peregrinandi in illis locis.

<u>Concl.</u> Legibꝰ Eccl. dogm: tenētur oēs homines, legibꝰ disc.

si generales sint, oẽs baptizati obligant, si vero exsistunt particulares, ii baptizati adstringuntur, qui subduntur eccl. auctoritati quae leges tulit, quousq morantur in territorio legislatoris.

Scholion. I. in jure nostro prae jure civ. propriũ ẽ ac singulare, ut dũ lege politica soli cives tenentur, contra lege eccl. aliquando etiã acatholici ẽ aliquando universi hoẽs teneantur.

De duratione ecclesiasticarum legum.

Hujusmi quaestio nullũ locũ habere põs in ordine ad leges dogm: quandoquidẽ hujusmi leges consistunt in absoluta veritate a Deo revelata ẽ credenda, fidelibq proposita ab Eccl. cujq fides deficere nõ põ. Ergo leges dogm: naturã sua perpetuo durant nec Deq ipse, qui veritas ẽ, eas põ evertere. Tota igitur quaes. versatur circa leges discipl. Quandoquidẽ disciplina consistit in coordinatione factoq relate ad veritatẽ, cũ autẽ variis mo͞is possint facta ad veritatẽ coponi, hinc leges discipl. quae hujusmi coordinationẽ moderantur, possunt utiq modificationẽ pati. Sed a quibq põ illa induci?

Juverit 2 inquirere:

1° quinã possint leges eccl. dissolvere.

2° quibq mo͞is leges eccl. dissolvantur.

De iis qui possunt leges eccl. dissolvere.

Habetur in jure can: tritum adagium cap. 1 de regulis juris: oēs res, per quascunq causas nascitur, per eadē dissolvitur. Atqui voluntate legislatoris nascitur lex, ergo lex voluntate legislatoris dissolvitur. Cum vero in societate eccl: varii existant legislatores, hinc etiā varii possunt leges eccl. revocare. Leges quidē dic: distinguuntur in generales ē particulares. Si sermo sit de universali eccl. lege, ut ipsa ab auctoritate suprema eccl. inducitur, ita etiā ab una auctoritate eccl. suprema solvi pō. Atqui suprema eccl: auctoritas eadē existit s. in Rom. P. s. in collegio oūm Epūm qui cū Rom. Pontif. communione habent. Ergo s. Rom. P. s. concilium univ: rite habitū legē universalē possunt dissolvere. Rursus leges particulares a resp. legislatoribus solvuntur: lex nationalis aut provinc: quae ē synodis nation: aut provin: originē habet, ab ea tolli pō. Sic etiā lex dioeces: lata ab Epi. s. in synodo dioeces: s. extra eā, pō ab Epō solvi s. in synodo s. extra eā.

Dubiū movent Auctt. de auctoritate Rom. P. in ordine ad Concil. Oecum: an possit Rom. P. revocare decreta

Concil: Oecum. v. vice versa. Idē de Epō erga synod: ~~dioeces~~.
Hujusmi tamē dubitatio nullo fundamento nititur. Nō eni ē con-
sideranda identitas personae v. identitas subj: auctoritatis sed
identitas auctoritatis, quomodo in subj: resideat. Ubi identica
ē auctoritas, legē solvi ab eadē auctoritate a qua lata ē.
Ita successor solvit leges sui decessoris, quia eadē pollet
auctoritate. Eadem fit res exemplo ducto a polit. societate.
Supponamus democratiae successisse monarchiā. Vix ac nova
regiminis forma constituta ē, eadē revivisit auctoritas, ut
licet ~~subj~~: auctoritatis mutata sit, tamē auctoritas nō sit
immutata. Ita auctoritas monarch: habet potestate solvendi
leges, latas antea a potestate democr:
Idē valet de auctoritate Eccl. ~~auctoritat~~ Rom. P. pō ever-
tere Concil. Gen: ē vice versa, quia in his 2° subjectis,
licet diversis, eadē resideat auctoritas. Ob eande Epus pō
solvere statuta concilii dioeces: ē contra. Idē dici nō
debet de aliis Eccl. magistr: de patriarch. primat: etc.
relate ad concilium nationale v. provinc: cui praefuerunt.
Etenī Concil. utrumq habet auctoritate, qua nō pollet unus
patriarcha v. primas, etenī isti praelati nō sunt legislatores
prout potestate habent legislativā synodus ~~dioeces~~:

Exinde patet, legē eccl. posse solvi 1° ab eo qui legē tulit — 2° ab ejꝰ successore. Verū 3° etiā supremꝰ istorꝫ superior pō evertere legē, quæ a secundariā auctoritate fuerit edita. Siquidē inferior potest. obnoxia ē supremæ atq independ. auctoritati eccl. Quapropter lex a secundar legislatore edita v. ipso invito pō a suprema auctor. infirmari, quæ infirmatio in jure nostro appellatur irritatio, quæ tamē nunqā præsumenda, sed probari debet.

Quælibet auctor. dependens virtualiter continetur in auctor. suprema, proinde in societate eccl. voluntas auctoritatis dependentis juridice ē veluti affecta a supremæ auctoritatis voluntate, quapropter licet lex particul. ab eadē secundar. auctorit. quæ eā tulit, nō solvatur, semper tamē verū ē legē irritari ab eadē auctor. a qua edita fuit. Inde legē eccl. possunt dissolvere tū qui legē tulit tū successor ejꝰ tū independens legislator. Sed quo m° se gerit auctoritas eccl. in legū solutione?

Art. 2 De modis quibꝰ leges eccl. solvuntur.

Lex particularis solvi pō per irritatiōem, quæ ex nuper demonstratis ē m⁹ destruendi particul. legē. Sed præter eā alii habentur mⁱ solvendi leges eccl. — Lex aliquando sol-

vitur respectu om̄ aliquando nonnullos, aliquando tota e integra, aliquando quoad singulas partes. Abrogatio, si lex tota dissolvatur, derogatio si tantum legis pars extinguatur. Utraq debet subjecto com̄unitati manifestari v. per promulgationem v. per consuetud. E sane quemadm̄ lex ferebatur s. principis promulgat: s. populi consuetudine, ita e lex v. abrogatur v. derogatur ei tū per contrariā promulgatiōe tū per contrariā consuetud.
Promulgatio contraria 2^x pō esse v. tacita v. expressa. Expressa habetur si auctor. eius aperte edixit, legē esse antiquatā. Tacita habetur, si auctor. legē alterā contrariā fert, tū lex anterior dissolvitur eo q. principis voluntati repugnat ad contradictoria referri. Contraria consuetudo dicitur in jure desuetudo. Ad hanc inducendā requiruntur eadq prorsus requisita, quae egentes de consuet: enucleavimq. Etenim prorsq etiā in h. casu necessariū ē, ut pateat legitimae auctor. voluntas s. legē abrogandi s. legi derogandi. Proinde eadē requisita quae erant causa moralis obligationis, h. in casu fiunt causa moralis libertatis.
Respectu om̄ itē pō lex solvi ex finis cessatione, qua posita praesumitur legislatorē nō amplius velle ea lege subditos obligari. Etenim cū lex promanet a recta legislatoris voluntate, hinc

lex prodiatur semper ad bonū subditor. Hujusmi effectus a legislatore intentus constituit legis finē, causā finalē, quae ē v. in praecavendo v. tollendo aliquo abusu.

Quapropter si hujusmi causa final. cenet, ex praesumta legislatoris voluntate lex cenare dicenda ē. Nonnulla tamē requisita perpendenda sunt:

1° finalis causa ut cenet universim, si tantū particulariter, lex cenare nō dicitur, quia semper manet in genere finis quē legislator intendit in lege ferenda

2° ut finalis hujusmi causa cenet pro universis articulis quibus lex constituitur. Si enī cenet tantū pro uno v. altero, tunc enī istor quidē articulor solvetur obligatio, sed vigentibus reliquis articulis, lex nō cenabit.

3° Tandē final. causa ut cenet respectu totius communitatis. Si ex. gr. lex, quae lata ē ratione generalis periculi, nō sufficit q. in aliquo particulari casu periculū cenet sed necesse ē, ut periculū cenet communiter, respectu totius communitatis, quia periculū commune, nō particulare existit legis causa finalis.

4° Debet publice innotescere legis cenatio, si quidē lex communitatē adstringit, proinde communitati constare debet

de finis cessatione. Pōt etiā pro nonnullis legis obligatio cessare, per dispensationē, quae defin. provida juris communis relaxatio a legislatore in favorem alicujus v. plurimorum facta. Dū lex perdurat pro integra communitate, per dispensationē aliqua persona v. aliq. personarum collegiū, eximitur a legis obligatione v. semper v. aliquibus in casibus. Haec autē dispensatio 2^ex esse pōt: expressa v. tacita. Expressa, cū legislator v. voce viva v. per scriptū aliquē a legē solutū declarat; tacita locū habet, cū voluntas principis manifestatur per aliq. factū, ex quo saltē implicite aliquis a legis obligat. exemptus habeatur.
Concl. Quinque m^is in genere lex pōt dissolvi: 1° irritatione 2° abrogatione 3° derogatione 4° finis cessatione 5° dispensatione. —

Appendix. De ~~quibusdam aliis juris~~ ~~communibus legis~~ sanctionibus

Cū aliquae juris sanctiones nostri existant, quae aliquando vī legis habeant v. eā potestā acquirere possunt, proinde possunt evadere fontes juris eccl: praestat etiā de singularibus hisce sanctionibus seqq. in appendice disserere. Ad quas dignoscendas revolend. ē q. supremus Eccl. legislator praeter leges quas constituit in ordine ad integrā societatē,

scepiq auctorit. suā interponit quoad singulos Xi fideles, q. quidē praestat 2i ratione v. imediate per se v. mediate s. per alios. Per se s. per singulares dispositiones quae vulgo rescriptorū nomine designantur; per alios nimirū per tribunalia eccl. decisiones, quae lato sensu possunt appellari leges i quatenus leges interpretantur ē singulis casibq applicant.

1. De rescriptis Rom. Pont.

Innumerae propemodū agitari solent in jure can: controversiae quoad rescripta, de quibq plenior erit tractatio in schola sublimiori. Nos summariā quadā ratione praecipua attingemq quaestionū capita, quae ad hanc rē spectant: pauca proinde juvenit investigere s. rescriptor natura ē indole s. forma s. species, s. tandē vi ē duratione.

a. De natura ē forma rescriptorū.

Princeps eccl. quemadmodū etiā politicq a subditis suis aliqua de rē consultq 2i m° respondere solet v. ore tenq v. scripto. Responsū Rom. Pont. ore tenq datū appellari solet in jure vivae vocis oraculū v. dicitur simpliciter oraculū - scriptū vero nuncupatur rescriptū: responsū a summo Pont. scripto redditū ad alterq v. relationē v. consultationē v. supplicationē seu ad alterq instantiā.

Praeter Rom. Pont. alii quoq. in Eccl. existunt principes, proinde hujusmi rescripta etiam ab Epis possunt emanare, sed quamvis Epi dati rescriptis possint revera in suis dioecesibus subditorum sprae moderari v. singulorum preces exaudiri, tamen in jure nostro nomen rescripti reservatum ē uni responso supremi rectoris communitatis. Aliorum vero responsa non rescripta sed decreta, epistolae, mandata etiam appell.
Ex tradita rescripti defin. illico colligitur, naturam rescripti esse relativam instantiae quae, rescribendo causam praebuit, responsum enim ordinem dicit ad interrogationem. Inde sequentia habentur:
Coroll. 1. q. rescriptum minime exhibeat generalem principis voluntate qua societas regitur, sed voluntatem speciatim, relativam factorum ē personarum adjunctis, quae eidem in supplici libello in instantia fuerunt enarrata.
Coroll. 2. Rescriptum cum sit interrogationi analogum, ipsum quasi induit eandem formam qua constat instantia. Videamus igitur quaenam sit forma instantiae. Ja vero instantia 3 partes solet continere: 1º narrativa, qua exhibet narrationem facti, circa q. petitio versatur, vocatur species v. facti species;
2º supplicativa, quae continet substantiam petitionis, per hanc partem petitio exponitur;
3º, persuasiva, continet ea rationum momenta, quibus in iis

instans curat principē inducere illiusq animū movere, ut petitis
adnuere velit - Quapropter etiā rescripta similē formā
præ se fert: quā quy 3ᵉ constat parte

1) narrativa, quæ exhibet veluti synopsin narrationis postulantis

2º responsiva, quæ petitioni respondet; hæc pars vocari
solet dispositiva v. decisiva, quæ rescripti proprie dicti
s. principis responsū continet - Licet tantū hæc 2ª pars
mereretur rescripti nomē, reliquæ etiā partes designantur
rescripti nomine, quia sunt rescripto relativæ ejusq fundam.
constituunt.

3º persuasiva, exornativa, demonstrativa - constat nonnullis
rationibq, quibq princeps nonnunquā justitiā rescripti sui
demonstrare conatur.

b) De speciebq rescriptorū.

Distinctio rescriptorū 2ᵉ ex cap. pō repeti v. 1º ex qualitate
instantiæ v. 2º ex qualitate s. diversitate relationum
quas principis responsū habet ad jus constitutū s. ad regimē.
Ex qualitate instantiæ: 1º rescripta justitiæ 2º gratiæ
prouti instantia versatur circa justitiā defendendā v. gratiā
impetrandā. Si enī agatur de controversia ī princeps ek-

genit judices ad controversiam solvendam, edit responsum pontificiae; si vero fuerit de aliqua concessione

Rescripta 1i generis interponuntur litibus privatis; rescripta 2i generis locum habent in concessione s. donorum s. gratiarum s. beneficiorum

Ex diversitate vero relationum, quam principis responsum prae se fert ad ordinem vigentem

1° alia sec. jus 2° alia praeter jus 3° alia contra jus

1° secundum jus in quibus princeps v. interpretatur jus et illud singulis casibus applicat v. quando delegat judices

2° praeter jus, per quae princeps sancit aliquid, de quo nulla in jure constitutio habetur

3° contra jus, quae dispensationem v. privilegium concedunt.

c) De vi s. valore rescriptorum

Quemadmodum universa legum auctoritas ex principis voluntate promanat, ita etiam vis rescriptorum tota dependet a rescribentis voluntate, proinde ad eorum valorem designandum h. principium: tantum valet rescriptum, quantum amplectitur rescribentis voluntas. Unde quaedam principia secundaria deducuntur quoad vim rescrip:

1. Rescriptum per se gignit jus particulare, per accidens parere potest jus univ. Siquidem rescribentis voluntas est prorsus specialis, dumtaxat se refert ad ea personarum et factorum adjuncta, quae in suppl. libello

ei fuerunt proposita. Quapropter rescriptum ultra illas personas et facta extendi non potest neque applicari aliis personis vel factis. Per accidens potest rescr. constituere jus novum, quod 2^{is} in casu potest contingere: 1° ex natura rei, si forte rescriptum quemadmodum contingit, versetur circa interpretat. alicujus juris quod obscurum atque ambiguum existat. In hoc casu rescribens legislatoris partes agit et quemadmodum jus res adstringit, ita pariter juris explicatio atque applicatur. 2° contingere potest ab extrinseco principis facto, si quando est ejus voluntas ea sit, quae rescripto in particulari casu edito, sua confirmatione vi communis normae adjiciat. In multis factorum adjunctis rescr. jus constituit atque res ad tramites illius rescr. agere constringuntur, quod contingit, cum princeps solemniter promulgat rescr. et ea extendit ad totam communitatem vel cum princeps eadem rescr. inserit codicibus collectionibus juris communis. Quod postremum factum est tum in jure civ. tum cano. In civ. jure hoc praestitit Justin. Imp. qui ex decretorum rescriptis suum codicem confecit, in jure eccl. praeg. vero perfecit Gregor. IX.

2. <u>Tota rescr. vis atque auctoritas</u> sita est <u>in una parte dispositiva</u>, quae principis intentioni respondet, quia haec una pars rescr. habet pro se rescribentis voluntatem eandem

continet, reliquae contextuales partes rescr. lucē quidē affundere possunt ad melius intelligendā rescr. mente, sed per se 𝔷𝔷 nō faciunt. E 1° quidē nihil valet pars narrat. cū dubaxat manifestet potius voluntate postulantis, neq 2° rationes, quibus princeps in parte exorrativa suā responsā aliquando confirmat, etenī princeps tū nō legislatoris, sed viri eruditi ē sapientis partes agit. Dā vero nō principis sapientia, sed voluntas jꝯ facit. Saepe etiā hae rationes nō a principe exaratae sunt, sed ab eo qui curat rescr. expediend. Hinc nonnulla rescr. inveniuntur in corpore juris can: quoꝝ dispositio ē sapientissima quidē, sed rationes ibi allegatae nō eandē sapientiā manifestant, sed potius vetustū ingeniū redolent. Ita dicitur existere 4 concil. oecum. v. 4 evang: quia 4 sunt venti aut mundi partes. Inde tota vis rescripti emanat ab ejꝯ parte decisiva.

3. Decisionis s. rescr. vis pendet tota a veritate narrationis factorꝝ quae in supplici libello fuerunt proposita ē enarrata quandoquidē principis voluntas relativa ē. Hinc uti pragmatici animadvertunt, in rescr. semper inē hujꝯ' conditio: si bene sunt exposita aut preces veritate nitantur; quae conditio nonnunquā exprimitur. Q. si factoꝝ veritas narrationi in suppl. libello nō respondeat, tunc preces laborant vitio, quo

posito rescr. pōt eē suū valorē amittere. Il. precm. vitiū locū habet 2ᵒ in casu: v. si veritas aliqua juxta veritate rei aut regulas juris aut stylū curiæ rom. reticeatur v. etiā si falsa existant, quæ narrantur.

In 1ᵒ casu dicitur rescr. subreptitiū, 2ᵒ in casu appellatur obreptitiū, quiā obreptitio ē manifestatio falsitatis.

Quænā veritatis occultatio v. falsitatis manifestatio vī rescripti evertit? Il. prænotari debet: aliqua ex factis adjunctis, quæ narrantur in precibq, esse quæ movent et determinant voluntate principis ad rescribend. hæc sunt substantialeā. Aliā adjuncta relate ad voluntate principis eō se exhibent ut indifferentia, hæc vocari possunt accidentalia. Q. si veritatis reticentia aut erroris manifestatio cadat in illis adjunctis quæ solent principis voluntate determinare, tunc rescr. nullū ē irritū ē. Siquidē deficiente causa, quæ principē ad voluntate movit, etiā voluntas ejq eō deficit. Ergo obreptio ē subreptio, quæ cadit super adjuncta substant. rescr. irritū reddit. Si vero facta fuerit circa adjuncta accidentalia, si spectemq natura rei, rescr. firmū maneret ac deberet postulanti utilitate parere, etiamsi staret voluntas principis,

quae in rescribendo indifferenter se habuit ad adjuncta accidentalia. Ne tamen fraus aut dolus alicui patrocinentur, sapientissime sancitum est, ut si hujusmodi obreptio v. subreptio fuerit bona fide perpetrata rescr. minime invalidetur, si vero mala fide fuerit inducta, licet verseturr circa rerum circumstantias omnino leves, nihilominus rescr. in poenam perversitatis et malitiae irritum declaratur.

4. Rescr. omnem vim suam amittit, si impetretur ab excommunicatis excommunicatione majori, si quidem ista poena affecti omnibus privilegiis privantur, atqui semper privilegium est, ut princeps audiat eorum preces - ergo rescriptorum impetratio ab hujusmodi excommunicatis impetrata nulla prorsus et irrita existit, quod jure ac merito sancitum est, sc. ad istorum contumaciam confringendam. In praxi tamen solet ad cautelam ab excommunicationis vinculo solvi, quibus a summo Pontif. gratiam conceditur - hujus tamen ~~absolutionis~~ effectus ~~est~~ tantum ille ~~tantus~~ est et ad h. extenditur, ut rescr. vim suam obtineat, non vero ut excommunicatus ab integro absolvatur.

De rescriptorum duratione.

Cum tota rescr. vis ex principis voluntate dimanet, investigandum an princeps in ejusdem rescr. tenore caverit necne de rescr. duratione. Si certum tempus durationis fuerit designatum, clarum est h. lapso tempore rescr. cessare. Et juxta stylum rom. curiae rescr. duratio extenditur v. ad annum v. ad biennium, v. triennium v. decennium. Quod si nullum tempus memoratum fuerit, rescr. censetur perpetuum, ut perpetua praesumitur rescribentis voluntas. Verum etiam posita rescr. perpetuitate, tamen rescr. possunt variis modis cessare, quorum alii communes sunt cum aliis legibus, alii proprii rescriptorum.

Quemadm. lex contraria principis actione cessare pō, ita etiā rescripta cessare possunt ex contraria recumbentis voluntate, quae quidē voluntas debet externis signis manifestari, nihil amplius roboris manere in rescr. Hujusmodi rescr. cessatio imitatur legis cessationē. Praeterea rescr. habent proprios desinendi modos qui nō possunt esse communes cū lege. Legis enim indoles ea ē, ut eadē semel promulgata, nullatenus possit a subditis renuntiari, quemadm. neq lex pō extingui neq per morte communitatis neq per morte principis, quia utraq in perpetuū existunt. Ex diversa rescr. natura seq ut rescr. possint cessare modis plane singularibus; possunt itaq cessare 1º per postulantis renuntiationē, quisq enī favori sibi dato pro lubito pō nuntiū mittere.
2º cessare possunt s. per morte postulantis s. executoris rescr. sa per morte principis. Possunt cessare per morte impetrantis, si enī supremā diē obeat, ē gratiā in ejus favorē concessa fuerit, hujusmodi gratia cū morte impetrantis exspirat. Relate vero ad rescr. justitiae, haec nō sunt intelligenda perire per morte impetrantis, cū etiā successoribus possunt; rescr. enī gratiae spectant potissimū ad personā, rescr. vero justitiae ad causā quae aliis cū postulante pō esse communis.
2º Possunt cessare quoq per morte executoris, cui apost. sedes

rescr. exequend solet committere. Adnotare juvat Rom. Pont. 2ⁱ sub forma rescr. concedere v. sub forma gratiosa v. sub forma
aliquando respondens directe ē ita gratiā conferens, aliquando nō directe gratiā expetitā concedens, sed dans facultates opportunas alicui personæ eccl. quæ debet factoꝝ rationē comprobare ē gratiā de qua agitur concedere. Hic erit executor rescr. oport: debetq dare aliquid decretum executoriale. Rescr. aliquando habent executorē, quo in casu investigend utrū ille executor fuerit ad i. muneris deputatꝰ a Rom. Pont. v. ratione muneris q. obtinet v. ratione fiduciæ ē industriæ qua polleat. Si 1ᵘ, per mortē executoris nō cessat rescr. sed potestas illud exequendi transit ad successorē; si contra in hac deputatione executoris designandi potiꝰ industriæ personæ fuerit electa, tū cū hæc perierit, etiā rescr. ob executoris mortē cessasse dicend ē.

Etiā per mortē principis rescr. extinguuntur, quando sc. hujꝰmi rescr. nondū executionē obtinuerint, etenī gratiā nondū ē facta, sed in eo ē, ut fiat. Rursq. rescr. justitiæ cessant, si res de qua agitur, adhuc existat integra, sc. si rescr. nondū fuerit deducta in forū litigiosū s. per litis contestationem s. per simplicē citationē. Verū huic cessationi remediū inventū ē. Ne Rom. Pont. mortē multa rescr. perirent, centū ē, ut novꝰ Rom. P. confirmans

regulas Cancellariae, renovet omnia recur. quae intra annum praeteritum edita sunt.

De supremorum Ecclesiae tribunalium decisionibus.

Rom. Pont. quatenus pastor univ. Eccl. et jurisdictione in eos pollens omnium causarum eccl. supremus existit judex; etenim omnino impossibile foret ut causas judiciales adeo inter se dispersas ipse unus per se universas cognosceret. Porro Rom. Ponti. reservatis sibi causis gravioribus, praesertim ad statum univ. Eccl. pertinentibus, ad reliquas causas dirimendas quaedam suprema tribunalia eccl. instituenda curavit. Quae-quaenam sint hujusmodi tribunalia et quanti sint eorum decisiones

De supremis Eccl. tribunalibus.

V. ab antiquissimis temporibus institutum fuit tribunal S. Rotae Rom. cujus erat sententiam supremam proferre in univ. causis eccl. Judices in h. tribunali dicuntur auditores, solent accumbere in mensa circulari et hinc tribunali nomen rotae derivavit. Auditorum numerus non erat antiquitus determinatus. Sixtus IV hunc numerum ad duodecimum redegit, simul constituens, ut ad munus auditorum perfungendum praestantissimi Romae eligerentur omnium nationum Jcti. Dein ejusdem tribunalis dignitatem amplificavit, singulis judicibus ad praelaturam erectis. Hujusmodi tribunal adhuc viget, temporibus praeteritis adhuc causas civ. in appellationis gradu

agnoscebat. Sed eccl. causar. copia, v. maxime imminutione passa e., postquam fuerunt institutae sacrae Congregationes, praesertim quando istar. numerum quam maxime auxit Sixtus V per constit: Immensa - II Cal. Febr. 1587. Congregationes istae veluti suprema tribunalia Eccl. existunt, quae jus dicunt in competentia sibi assignata. Hinc factum e., ut numerus eccl. causar., quae olim maxima in copia Trib. Rotae definiendae proponebantur, admodum imminutus extiterit.

De valore decisionum

Difficile non erit decisionum supremor. Eccl. tribunalium vim dimetiri, si tantisper recolamus principium q. constitutionis loquentes de consuet. rei etenim nostrae applicatum ita se habet: decisiones supremor. tribunalium eccl. per se jus non faciunt, nisi inter partes contendentes, per accidens vim legis nunquam possunt obtinere.

Ratio qua demonstratur decisiones istas jus tantum producere inter partes contendentes, in eo est q. tribunalia hujusmodi induunt naturam judicii, natura vero judicis profecto non est legem ferre, sed legem jam prius conditam casibus obvenientibus applicare. Hinc in jure nostro res pro aliis judicata alteri nec prodesse nec obesse potest. Hinc decisiones istae per se habent vim sententiae quae jus dicit inter partes contendentes, sed ultra nequit extendi. Verum uti consuet. per accidens poterant constituere jus generale: ita etiam decisiones tribu-

nalium supremorum per accidens possunt vim legis obtinere, quod 3bus in casibus potest evenire

1º si decisiones istae in juris constituti interpretatione versentur et praeterea consulto principe ferantur. Quemadmodum vero rescr. quo legem generalem ambiguam interpretatur, jus universale constituit, ita etiam hujusmodi decisiones tribunalium juris ambigui interpretationem ex principiis consensu tradentes et ipsae vim legis accipiant. Princeps enim is est qui legem declarat.

2º si decisiones supremorum tribunalium habeant pro objecto quandam dispositionem general. quae consulto principe ferantur et praeterea, cum agatur de jure novo, debite promulgentur. H. in casu tribunalium decisio quodammodo naturam suam videtur immutare et naturam legis induere, quandoquidem omnia universalis legis elementa concurrant.

3º quoties decisiones supremorum localium tribunalium in similibus controversiis ita repetitae inveniantur, ut haberi possit consuetudinis instar decisionum copia in ordine ad eas res

hisce casibus statuitur jus quoddam consuetudinarium, traditionale – quod solet vocari praxis fori, stylus curiae – quae decisiones v. maximam auctoritatem prae se ferunt

v. ad tribunalia inferiora. Hinc jure merito causarum patroni

fere semper solent abstinere a præteritis decisionibus, quæ relationem habent cum re de qua agitur.

Sectio II. De collectionibus legum ecclesiasticarum.

Si nos inquiramus Eccl. primordia, mirum sentimus tunc temporis admodum paucas numero leges constitutas fuisse, quandoquidem fideles s. ob recentem Xi D. memoriam s. ob truculentam persecut: exempla sponte se ad evang: normam se componebant, quin ulla lege adstringerentur. Verum temporis progressu, fideles, caritate defervescentes, novis indigebant legibus, quibus ad finem societati eccl. propositum dirigerentur. Hinc v. maxime excrevit legum eccl. systema, et tandem opportunum visum fuerit, leges et canones, qui dispersi erant antea, in unum corpus ac ordine colligere. Istarum legum eccl. collectionum dehinc ingens exstitit copia, siquidem propemodum innumeræ habeantur legum collectiones, quæ s. auctoritate, qua confectæ fuerunt s. ordine, quo fuere digestæ s. tempore, quo fuere compositæ s. loco ad quem se referunt, diversissimæ exstiterunt. Nimis longum profecto est, de omnibus et singulis legum eccl. collectionibus suscipere disputationem, proinde juvenit seligere collectiones magis celebres, quas cultores juris ignorare non decet. Itaque ante præstare juverit ordinem chronol. quem sequentes possumus tres temporis epochas distinguere.

1a epocha ordiitur ab Eccl. initio, progreditur usque ad Gratianum

2ª a Gratia: productior ad Concil. Trid.
3ª a Trid. usq ad nos pervenit.
In 1ª periodo quae fuerunt collectiones concinnatae, dicuntur juris veteris; quae in 2ª continentur, juris novi; quae ad 3ª period. spectant, appellantur collectiones juris novissimi.

Cap. 1. De collectionibus juris veteris.

In historice tractabimus, quaenam fuerunt collectiones celebriores, tum critice quoad auctoritatem quae ipsis conveniat.
1. Antiquissima habetur illa quae vocatur Constitutiones apostolicae et Canones Apostolorum. Constitutiones in 8 libb. distinguuntur et in cap. ult. lib. VIII. subnectuntur breves sententiae, canones Apostolorum, numero 85, quae separatim quoque imprimuntur sub fine decreti Gratiani.
Optima editio, quam protulit in lucem Joannes Cottelerius.
De genuinitate hujus collectionis dicendum est, nunc certum est exploratum esse penes viros eruditos utrumque opus nullatenus Apostolis adscribi posse. Ut alia argumenta hujus assertionis praeteream; statuimus.
1° argumentum ~~[illegible]~~ internum ex materia operis petitum quandoquidem Constitt. Apost. non recte sentiunt de S. Spir. divinitate neque cohaerent cum eorum doctrina quae tradit Gal. ex gr.

permittunt ancillis inservire dominorum libidini. Id ei quoad Apost. constit.

Apostolos vero Can.: de dogmat. ita sentiunt ut in 45 et 46 videatur

non haberi validum baptisma collatum ab haereticis.

2° confirmatur extrinseco argum.: silentio PP. antiquiorum — etenim PP.

qui 3 prioribus eccl. saeculis ejus res scriptis illustrarunt, nullam men-

tionem unquam injiciunt de hac Apost. collectione — in quidem de ea

nihil meminit Euseb. Caesar. nihil de eadem S. Hieron.

Unde colligitur utrumque opus Apostolis esse abjudicandum.

Relate ad hujus operis auctoritate, h. principium: nihil hujusmodi col-

lectionem valere, quando constet vel dubitetur aliquid in ea contentum ad-

versari dogmati vel eccl. disciplinae. Contra quando certum est, aliquid

in hac collectione traditum cohaerere in dogmate et in eccl. disciplina

tunc valent, uti antiquissima monumenta, in IV vel V saec. ex quo

licet pro jure nostro argumenta depromere.

2. De aliis collectionibus, quae apparent in eccl. graeca. Sicuti eccl.

graeca ovis Latina Conciliorum canones non in corpus redigi sed

variae extiterunt hujusmodi collectiones penes Orient: inter quas

3 videntur celebriores esse: Coll: Jo. Scholastici, Trullana,

Photiana.

Primam confecit Jo. Scholasticus, quia forte ipse JCtus et advocatus

fuit, a. 560, cum regnaret Imp. Justin. cujus favore ex pres-

bytero Antiocheno renuntiatus Patr. Cpus, expulso Eutychio. In sua editione adornanda intendam ubi proposuit Imp. Just. collectionem, quae ad.. non tempore sed materiarum .... ordine sectatus est et pandecta s. Digesta in 50 libb. divisit ita quoque Jo: Schol: in sua collectione materiarum ordinem sectatus est, agens 1° de clero 2° de monachis 3° de laicis, universum pariter opus in 50 libb. divisit. Eodem ordine et divisione a. 564 alteram editionem lucubratus est in qua collectione praeter eccl. canones recensuit quoque civ. leges, praesertim ex Cod. et Nov. Just: desumptas. Haec altera collectio fuit appellata Nomocanones vel potius Nomocanon.

Quanta auctoritas utriusque collectio magna prorsus extitit tum in lucem prodiit, quando quidem h. opus analogiam maximam prae se ferebat cum Imp. Justin: operibus, quae hujus temporis maximo cum pretio habebantur. Verum suspectus merito habetur quando Imp: nimis blanditur et attingit causam quam habuit cum patr. Eutychio.

2. Coll. Trullana, prima fuit quae sub fine saec. VIII in lucem ederetur ab univ. Graeca Eccl: confecit eam Synodus Trullana, ita ex loco appellata, in Trullo s. secretario palatii imper. Const: Quae synodus appellatur quoque

quinisexta, eo q. mens istorum antistitum ea erat, corrigere defectus, qui juxta eos irrepserant in veteri synod. canon. In hac Trull. coll. referuntur fere omnes canones eccl. qui fuerant jam in unum corpus collecti; sed excluduntur canones Sardicenses, quorum ope probabantur appellationes ad Rom. Pont: et loco eorum positi fuerunt canones africani, rebaptizantium erroribus faventes: Quapropter auctoritas illius collectionis nulla existit ea in parte quae obsistit superioribus synodis.

3. Photiana coll. quam concinnavit Photius medio saec. IX-mo esset doctissimus, archivia invasit et ex antiquis documentis novum codicem conciliand. curavit. Ut judicemus quanta sit auctoritas ejusdem collectionis, recolend. est Photium fovisse et absolvisse Graecorum schisma et dejecto legitimo Ignatio Patr. in ejus sede everte fuisse - hinc quatenus collectio schismati foveret, nullius est auctoritatis, quatenus exhibet veterem eccl. disciplinam, plurimi faciendam est. (Syntagma et Nomocanon)

Post schisma confectae novae collectiones in eccl. orient. absolutae non sunt, sed habebantur collectionum praecedentium s. commentarii s. abbreviationes s. synopses. Memorantur Simon Longotheta, Matthaeus Blastares (1435 - syntagma), Arsenius, Armenopulos Ittebres. Anonymus. Istorum operibus quam maxima cautela utend. est

eo q. hujusmi novæ collectiones ad h. elaboratæ sunt, ut earum auctt. faverent Græcorum schisma. —

De collectionibus Ecclesiæ Latinæ.

Latini serius quam Græci canonum collectiones adornare cœperunt, sed brevi factum ē, ut hujusmi collectiones innumeræ extiterint. Istæ collectiones ad 2æ classē possunt revocari. nonnullæ inscribuntur nomine singularum Eccl: ita habetur Collectio africana, gallica etc. Aliæ existunt quæ præ se ferunt nomina privatorum hom doctorum; duæ præsertim sunt, quæ specialē merentur memorationē, quarum alterā Dionys. Exiguus, alterā Isidorus Mercator exaravit.

Dionysius, professione monachus, cognomento Exiguus, Romā e Scythia se contulit sub initio sæc. VI. Novā collect. elucubrandā curavit eāq in 2 partes distribuit, in quarum 1a collegit conciliorum canōs, in 2a Rom. Pont. epistolas, quibus a Siricio usq. ad Anast. II Epporum consultationibus satis fiebat. S. intrinsecus s. extrinsecus consideretur collectionis hujus auctoritas, ipsa prorsus magna videtur extitisse. Etenim Dionys. vir sapiens, latine e græce apprime sciebat Romæq cum degeret, autographas Roman. Pontiff. epistolas præ manibus habebat, ergo mentiri nō poterat s. in conciliis e græco

vertendis s. in epistolis transcribendis. Sane mox integriter, qua erat ornatus, nobis videt, illum mentiri voluisse. Unde auctoritas ex intrinsecus considerata dicenda est magna fuisse. Nec minor auctoritas ab extrinsecus accedit. Licet enim nunquam haec collectio a Rom. Pont. fuerit confirmata, tamen communiter in Eccl. Occid. recepta est semper in magno pretio fuisse habita, demonstrat in primis factum Adriani I qui Carolo M. post devictos Lombardos Romam venienti dono dedit codicem Dionysii paucis duntaxat adjectis (a. 774). Unde etiam codex ~~canonum~~ appellari coepit Hadrianus s. codex canonum.

Altera primum Moguntiae prodiit sub nomine Isidori Mercatoris s. Peccatoris. Edita vero est prius medio saec. IX quia inibi reperiuntur nonnulli canones Paris. Conc. hab. 829. Auctor recenset 1º decretales epistolas Rom. Pont. incipiens a Clemente usque ad Silvest. Deinde tradit canones plurimos Concil. Postea iterum affert decret. epistol. a Silvestr. usque ad Gregor. M. Ejusdem collect. auctoritas, si intrinsecus spectetur, nulla extitit. Etenim operis auctor, non solum incerti nominis, sed etiam obscurae famae extitit, et quod magis est, ex ipsa operis analysi idem auctor impostor et falsarius traducitur. Demonstratum enim est plurima monumenta ibi contenta apocrypha omnino extitisse

ē ab auctore excogitata fuisse. Proinde decretales a Clem. usq. ad Siric. tamquā suppositiria rejiciendae sunt. Verū licet Isidor. collect. ab intrinseco nullā prae se ferat auctoritate, tamē extrinseca auctor. quā maxime pollent, quandoquidē a saec. IX usq ad XVI unanimi consensu ab orbe recepta fuit, tamquā documenta in ea contenta authentica essent. Ea usae sunt synodi, magistratus eccl. quapropter VII per saec. collectio ista legis vi obtinuit, donec tandē saec. XVI in primis a Nicolao Cusano ejusdē operis falsitas demonstrata fuit.

Aliae quoq collectiones vulgatae sunt in eccl. occid. quas inter breviatio canonū, quā scripsit Fulgentius Ferrandus diaconus Carth. qui tamē imitatus ē laborē Exigui.

Opus Reginonis monachi Bened. de eccl. disciplina et religione Xana.

Majus etiā decretorū volumē in lucē edidit Burchardus Ep. Vormaciensis (+1125). Sed hujus collectiones semper recurrunt et imitantur 2 illas praecipuas collectiones.

Cf. Dug. De praenotionibus canonicis.

De collectionibus juris novi.

Initio saec. quo jus novū editū fuit, jurisconsultores, a viris theol. sejuncti potius cū rom. Ibtis sese copularunt

eorumque methodum in exponenda doctrina sacra: imitati sunt. Quod ut verius assequerentur, studuerunt exprimere analogiae ipsius textus quem habebant rom. Iuris. Inde studebant hujusmodi collectionibus quae possent comparari sive cum Pandectis sive Codice Justin: Quod revera factum est tum per decretum Gratiani tum per collectiones decretalium Rom. Pont: Ad haec 2 cap: reduci potest historia tota novi juris sacri. Sit itaque

Art: 1. de Gratiani decreto.

Saec. XIIº dissipari coeperunt tenebrae quibus medium aevum obvolvebatur; litterarum studia iterum florere visa sunt. Praesertim monachi in claustrorum silentio codicibus colligendi sedulam navabant operam. Monachorum studium clerici imitati sunt, utrorumque animum ad doctrinas eccl. colendas excitaverunt laici, qui tum temporis invento codice Justin. toti erant in philos. et jurisprud. Romanorum. Episcopi fovebant magis magisque illa studia. Porro sub hac scientiarum et bonarum artium instauratione duo summi viri in eccl. disciplinis tanquam 2 luminaria eminebant videlicet Petrus Lomb: qui imbuit dogmatibus explicandis et Gratian: qui jurisprud: sacrae operam dedit - qui totum studium inter se diviserunt, alter theologorum pater est habitus alter canonistarum princeps. Gratianus suum cod. evulgavit, quod

sub decreti nomine per totā hanc epochā regnabat.

Gratianq, Clusii in Etruscā natq, regulā S. B. professq in monasterio Bonon. S. Felicis, dū Eugen. III Supremū pontif. teneret. V. ab anno 1120 operā dedit redigendo codici eccl: disciplinæ, quē tandē perfecit 1151. Putand nō ē h. opq Gratiani referre monumenta eccl: sc. decretales ē canones, sed habend ē veluti scientif: tractatio, juxta ingeniū ætatis digesta.

Ipse Grat. h. sibi proposuit, nō solū ut in unū corpq monumenta colligeret, sed etiā eorundē inter se pugnantiū conciliationi studeret. Quapropter inscripsit opq suū: "discordantiū concordantia" licet vulgo decretū appellaretur. Tres in partes distributū: 1a, de personis, constat distinctionibq 101. 2a de judiciis, constat 36 causis, sub quibq plures continentur quæstiones. In causa 33, pō quæst. 3a invenitur Tract. de poenit: in 7 distinct. divisq. Tandē 3a p: de consecratione, versatur circa res sacras, amplectitur 5 distinct. Statī ac decretū Grat. in lucē prodiit, incredibile dictu ē, quanto studio ōes illud prosecuti fuerint, siquidē h. opq veluti textq cano. disciplinæ habitū ē in Bono. Academia ē ejqdē exemplū imitatæ sunt reliquæ minores Academiæ.

Brevi eo res devenit, ut universa juris can. studia veluti in uno Grat. decreto conquieverint, ita ut nemo ad novas collectiones faciendas animum adverteret, quia videbatur satis abunde h. munere perfunctus Grat. Nemo audebat proponere novas v. meliores can. sacror. interpretationes, dum censetur Grat. omne hac in re puncti tulisse. Ita opus privat. in jus commune transiisse visum est. Verum opus Grat. non exhibit nuda eccl. legum collectio, sed potius exhibet opus scientif. method. schol. digestum. Siquidem Grat. fere omnes quae habebantur de eccl. doctrina quaestt. quae dirimendas curavit, quapropter juris can. cultores voluerunt operi Grat. formam collectionis s. codicis imprimere. E h. praestiterunt, distinguentes documenta a doctrina Grat. monumenta explanantis, quae distinctio melius absoluta est post inventam artem typogr. dum alio charactere imprimuntur documenta, alio Grat. explanationes. Quando aliquis debebat afferre documentum ex opere Grat. citabat initiali can. s. verba, et si agebatur de parte 1a v. 3a, addebat numerum distinctionis, si vero agebatur de part. 2a, adjiciebat verba initial. distinctionis et numerum causae. Causi

Singulis monumentis in opere Grat. contentis numeri ordine progressivo fuerunt superadditi, proinde factum est, ut s. distinct.

quaestionis certo numero canonum constaret, atque loco verborum initialium haberetur numerus canonis. Ita canones 1ae partis citantur 3bus modis: v. expresso numero canonis: ex. gr. can. 1. distinc. 65. — v. expresso initiali vocabulo: cano: miramur, dist. 61. v. numerus cano: exprimitur tum 1um ejusdem verbum: ex gr. cano. 5 miramur

In 2a p. allegantur primo verba capitis aut cano — v. etiam cano. n. cap. numerus, deinde inditur numerus quaest. et caus. cano. quaest. 2 caus. 8

Canones qui desumuntur ex Tract. de poenit. citantur aut numero, aut voce initiali, adjectis verbis: de poenit. cano. Lacrymae 2o distinc. 1a de poenit.

Canones 3ae partis citantur eodem modo quo 1ae, solum additur: de conservat: — ex. gr. cano. 1 de conser.

Dictis canonibus a Grat. doctrina maximum detrimentum passa fuit Gratiani existimatio, quandoquidem non amplius ejus doctrina, tamquam jus commune, sed veluti erudita privati hominis sententia fuit habita, attamen documenta a Grat. relata sibi adhuc vim legis vindicabant. Postea progressu temporis dubitari etiam coeptum est de monumentis a Grat. adductis et instituto examine

plura monumenta v. apocrypha v. corrupta fuerant reperta. Tu vehementer conclamatu ē, ut opq Grat: corrigeretur. Videbatur difficultas quā maxima obstare – etenī subjecto opere correctiōni, videbatur convenire mutū Eccl. disciplinē, quæ solemnibq definitionibq sancita jā pridē fuerat ad tramites Grat: decreti. Difficultatē hujus solverunt Pont. Rom: Pius IV ē Pius V: Si quidē ipsis indifferens non ē, ut disciplina Eccl. perseveraret vi Grat: decret. an vi traditiōis. E re quidē vero oportebat errores ex opere Grat. expungere ē exhibere genuina monumenta. Proinde laudati Rom. Pont. decreverunt, ut electi viri in Grat: monumenta quā diligentissime inquirerent eaq ubi opq foret, emendarent. Nominabantur correctores, qui correctiōni opq illico incepta, deinde variis impedimentis retardata, tandē sub Greg. XIII absolverunt idēq. Pontif. solemniter approbavit, 2ᵃ litteris apost: in forma brevis editis, initiō decreti Grat: præfixis. Sebast. Berardi: Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti, corrupti ad emendatiōnē codicū fidē.

Difficultiōres conmodo

Duplex perpendi debet auctoritas: intrinseca, ex dotibq ē qualitatibq collectionis dimanans, in h. opere tanti facienda ē,

valet Gratiani doctrina. Extitit vir privatus, qui licet aetate sua percelebris, plures in errores inlapsus est, et ob ignorantiam graeci idiomatis et ob defectum severioris criticis, qua destitutus minime valuit declinare influxum falsorum decretalium. Proinde in opere suo saepe falsa veris coniunxit, ut canones conciliabuli Trullensis cum canonibus in V. VI oecum. synodo confundat, utrorumque PP. sententias confundat cum decretis Romanorum Pontiff. aliorum Patrum aut Pontif. aut Concil. attribuat ab aliis prolata, confundit nomina pers. et loca, et sententias non illis attribuit, quas illi numquam mente conceperunt. Nihil intrinsecae auctoritatis adiecit monumentis a se prolatis, quae eandem vim habent, atque extra opus considerarentur. Id quidem judicium ferendum est de intrinseca Gratiani operis auctoritate. Contra vero dicendum est de ejus auctoritate extrinseca, nam ut supra narravimus, decretum ab omnibus receptum et laudatum, tantam approbationem nactum est, ut et magister in scholis et judex in foro veluti jurarent in verba et monumenta, quae Grat. collegerat, quod quidem tribui debet genio illius aetatis. Hujus extrinsecae auctoritatis vis ea fuit, ut plura monumenta in decreto inserta, quae per se uti apocry. v. corrupta nullam vim habebant, tamen vigorem legis fuerint assecuta s. per consuetudinem ex ipsis monumentis in Eccl. inductam s. per vim eccl. auctoritatis quae sub eorum monumentorum influxu plura disciplinae eccl. capita invaluerat.

Quae: utrum extrinseca haec auctoritas tanta sit, ut quidquid in collectione Grat: continetur, eccl. legis vim habeat. –

Hac de re olim v. maxima extitit controversia inter juris canon. cultores, qui in 2 sententias abierunt: nonnulli Grat: codicem authent. esse, ita ut quidquid in eo contineatur, quamvis apocry: tamen veluti lex eccl. retineri debeat. Quae sententia 3° ex capite a suis patronis demonstratur: 1° ex usu scholarum et praxi forensi, ubi vix ac prodiit decretum Grat: magno plausu ab omnibus receptum et adhibitum fuit; 2° ex universali Eccl. consuetudine, quae inducta et sancita fuit ad tramites Grat. collectionis.

3° ex solemni hujus decreti approbatione, quam asserunt factam fuisse ab Eugen. III et Greg: XIII.

Verum hisce argumentis non obstantibus communior et vera est contraria sententia, quae ita exponi potest.

Animadvertendum est Gratiani decr: nullam sortiri potuisse legalem auctor: ex parte colligentis, utpote privati hominis, qui nulla gaudebat potestate, quapropter duntaxat ab extrins. eidem operi Grat: poterat accedere auctoritas ex publ. approbatione. Verum quaecumque legalis approbatio de cod. Grat. peracta non absoluta sed hypoth: censeri debet, sc: procedens in supposito, quod universa monumenta in collectione Grat: contenta essent s. integra

s. authent. s. vera, quandoquidē mens Eccl. approbationis hanc ~~Coll.~~ Coll. nō erat approbare novas leges, sed veteres leges simul collectas confirmari. Atqui facto constat monumenta ista nec genuinitatis nec integritatis nec veritatis characteribus pollere, ergo deficientibus istis quibus supponit approbatio, ipsa probationē deficere oportet. Quare dicendum ē: Codicē Grat: per errorē ē ignorantiā fuisse ~~propagatum~~ approbatum - hinc codici Grat. ex quacunq approbatione vis legis attribui nō pō. Qua sententiae veritate ita constituta, difficile nō ē respondere ad ista 3 argum: contrariae opinionis:

1° scholas ē fori usus decreti quidē praestantiā commendat, sed nullā huic codici legalē vī adjicit, eo s. magis, q. putabantur genuina atq integra ea monumenta, quae postea mendosa sunt reperta.

2° Verū ē, plura monumenta Grat. codicis, etsi supposititia ē corrupta, tamē legis vī ope consuetudinis eccl. obtinuisse, sed id profecto affirmari nequit de omnibus ē singulis decretis, quapropter universalis Eccl. consuetudo procedit quidē pro uno alterove cap. nō pro toto Grat. opere.

3° Pontificia Eugen. III approbatio veluti conficta jure habenda ē q. demonstratur testiū silentio, siquidē scriptt. aut

coævi Grat: aut posteriores, nullā de hac Eug: approbatione mentionē injiciant, licet eorum quā maxime interfuisset, Grat. collectionē Pontif. diplomate exornare. Hinc a viris eruditis rejicitur testimonium Trithemii, qui unus Eug. approbationē commemorat. Ejusdē approbationis nullum unquā exemplar, ne fragm. quidē prolatum fuit, neq in ulla Grat: cod. editionē præmittitur, quæ propter tenquā gratuitum commentum a viris eruditis rejicitur.

Q. vero spectat ad approbationē Greg: XIII, nunquā hic pontif. collectionē Grat: approbavit, sed quā adm. habetur ex ejusdē apost. brevi sub 2 jul. 1582, dūtaxat ad eccle: disciplinam bonum fovend laudatq Pont. curavit, ut Grat: decret: a mendis expurgatum ederetur, adhibitis viris ejus temporis eruditissimis, quorum curā Pont. summopere commendat. Quapropter nec vestigium existit approbandi monumenta univ: quæ in decreto continebantur, quinimo, si id præstitisset Greg. XIII, eo ipso, valde magna ex parte evertisset canones tum decretalium Greg. IX tum decreta Concil: Trid: q. affirmari non pō. Itaq infertur:

decreti Grat: auctoritate insequenti regi principio: Nisi probetur ex consuet: aut legis scriptæ aliq: monumentum Grat: collectionē legum auctoritatem obtinuisse, tantam habet vim, quantum haberet per se, si in collect: minime recenserentur.

Grat: ante doctrina tanti faciende ē, quanti aestimatur doctrina cujuslibet priv: doctoris s. quanti valeant orationes ab ipso prolatae. Huic sententiae subscribit etiā Bened. XIV: Syno. dio. lib. VII. c. 15.

De collectionibus Decretalium.

Juris nostri cultoribq, magis magisq analogiae studentibq methodi qua jq civ. tradebatur, difficile nō fuit Decreta Gratiani assimilare Pandectis. Sicut in erant veluti cogesta prudentū responsa, ita ē in Grat. Decr. praesertī referebantur sententiae [illegible] PP. qui in societate sua jureprudentes dici possunt. Sed haec cōparatio stricte nimis nō procedebat, cū in opere Grat. praeter SS. PP. sententias reperiebantur quoq s. loca S. Script. s. canones Concil. s. Rom. Pont. Constitt. Proinde haec cōparatio adeo arcte nō existit, ut aeq singulis partibq respondeat. Pō h. juri can. cultoribq h. erat optand ut in jure nostro praeter decr: ē aliud haberetur volumē, q. merito posset cōparari Codici Justin. in quo Impp. placita collecta inveniebantur. Ja placita civ. principū optime cōparari possunt cū iis litteris, quibq Rom. Pontiff. ad aliorq consultationes rescribentes jq dicunt. Ehae literae solent nuncupari v. epistolae decretales v. responsa decretalia v. simpliciter decretales. Exinde istarq literarq Pontiff. collectio repetenda videtur. Maximo cū studio juris nostri cultores hujqm. decretales epistolas unū in corpq redigendas curarunt atq ita in cano. disciplinis tradendis inductq ē textq analogq illi, qui receptq jā pri de erat in Jur. Civ. ita ut Pand. ē Cod. Just. ad docend constituti responderent in Jure Can. Gratiani Decr: ē Decretaliū Collectiones. Harq hoc aevo plures collectiones pro-

dierunt. Atqui praestantissima ea dicenda, quae edidit Greg. IX, quam tamen aliae s. antecesserunt s. subsecutae sunt. Nos distinctis quidem articulis juxta ordinem chronologicum loquemur de celebrioribus, primo earum historiam enarrantes, deinde auctoritate perpendentes.

De collectionibus decretalium factis ante Gregorium IX.

Primus qui decretalibus colligendis operam dedit, fuit Bernard. Circa, praepositus Papiensis postea Ep. Faventinus. Ipse labente a. 1190 Decretalium collect. vulgavit, quae potissimum constat epistolis decret. Rom. Pontiff. qui fuerunt Gratiano posteriores usque ad Coelest. III exclusive. Quibus decret. adjecit canones Conc. Lat. III. Opus suum nuncupavit: Breviarium Extravagantium; breviarium, quia non integra exhibet monumenta, sed fragm. ex autographis decisa; extravagantium i. e. monumentorum s. decretorum extra C. J. vagantium. Nam tunc temporis universum C. J. in Decreto erat, ita ut quidquid in h. non reperiretur, diceretur extra illud vagari. –

Praeterea hic collector collect. suam distinxit in V lib. subdivisos in titulos, tituli vero dividuntur in canones, non secus ac s. Pand. s. Cod. Just. distinguuntur in libros, titulos, leges. Libro I° sermo fit potissimum de judicibus atque de eorum officio; in genere etiam de constitutis et legibus Eccl. Lib. II de judiciis et eorum forma tunc vigente. Lib. III de clericis, eorum beneficiis ac generatim de rebus sacris. Lib. IV. de sponsalibus et praecipue de matrimonio ejusque impedimentis. Lib. V. de criminum accusationibus et poenis. Quae partitio memoriae juvandae causa h. versu exhibetur:

Judex, judicium, clerus, connubia, crimen.

Haec operis partitio ita arrisit cultoribus juris nostri, ut universi insequentes Decretalium collectores memoratum ordinem et divisionem semper in suis operibus secuti fuerint. Bernardi codex appellatur Iª Collectio Decretalium. Post illum fuere Gilbertus Ab. et Alanus Episcopus Antesiodorensis, qui Bernardum imitandum sibi proposuere, nam et ipsi collegerunt novas Rom. Pontiff. Decret: post Collect. Bern. in lucem editas Sed res infelicem exitum sortita est, ita ut hae collectt. omnino deperirent.

IIª Collectionem vero adornavit a. 1202 Jo: quidam Vallensis s. Gallensis, Volaternus in Tuscia natus. Hic Decret: curavit in unum corpus redigendas, adjectis etiam Coelestini III constitutionibus. Hinc factum est, ut oblivioni datis Gilberti et Alani collectionibus hodie IIª compilatio Decretalium censeatur illa, quam perfecit Joannes.

IIIª Collectio. Coelestino III successit Inno. III, pontif. dum S. Theol. tum juris utriusque peritissimus atque eccl. disciplinae reparandae quam maxime studiosus. Hic plura de rebus gravissimi momenti constituit in suo pontificatu (1198 – 1216). Pluribus in dies s. rescriptis s. constitutionibus prodeuntibus, quidam Bernardus Major, Compostellanus Archid. qui Romae degebat, ut nonnulli tenent, auspiciis ipsius Inno. III collectionem suam perfecit. Itaque novas decretales collegit, praesertim novas Inno. constitutiones, unde orta est Romana Collectio, quae tamen neque doctis viris neque Inno. III placuit, quia quaedam contineret, praesertim a judiciali consuetudine tunc temporis aliena. Itaque cives romani ab eodem Inno. impetrarunt, ut nova conficeretur collect.

IVª Collectio, quae habetur ut IIIª. Quorum petitis annuens, Pont. curam istam demandavit Petro cuidam, Beneventano Diacono atque Pontif. notario. Hujus opera a. 1210 in lucem

produit nova (IIIª) collect. cōtinens oēs decretales, quas Inno. III superiorib9 XII annis pontificatus sui ediderat. Hanc collect. ipse Pont. promulgavit ē apost. diplo: firmata misit DD° ē discipulis Univ. Bono. jussitq collect. hanc s. in scholis s. in foro adhiberi. Postea vero alia plura Inno. III cōstituit, praesertī a. 1215, quo habitū ē Conc. Lat. IV. Inde necessitas novae collect: quae novos cano. cōtineret. Hic quidē vero brevi apparuit ac

IVª Decretaliū Collectio appellata ē, cōtinet vero posteriores Inno. decretales, una cū cano. Conc. Lat. IV. Incertus autē ej9 auctor ē neq desunt, qui putent hanc collec. eodē quo IIIª mº, Inno. auspiciis in lucē prodiisse.

V ª Collectio. Innocentio III successit Honor. III qui decenovi9 sui exēplū secutus ē. Ipse enī Decret. suas collegit ē haec ē Vª Collect. quā juxta morē misit ad quendā Tancredū Prof. Bono: ea lege, ut coll. ista uteretur atq ipsa ab ōib9 reciperetur s. in judiciis s. in scholis. Haec quidē de collectionū historia dicta sint, quae ante Gregor: editae sunt.

De hac collectionū auctoritate.

Monend ē ex iis quinq collectionib9 duas firmatas esse apostolico diplomate, tres vero s. quatuor, si mavis, prodiisse absq Pontiff. approbatione, unde statī liquet, nō eandē singulis tribuendā esse auctoritatē. Patet enī ex iis, quae narravim9, tertiā ē quintā collectionē oīo juridica s. legali auctoritate gaudere, cū utraq Pontificis auctoritate ē scripta ō promulgata fuerit. Hinc utraq in jure nostro vī legis obtinet.

Recensuimus praecipuas collectt. Rom. Pontif. quae hac epocha juris novi apparuerunt et quinque enumeravimus. Demonstravimus 2am ex memoratis collect: 3am et 5am publica s. legali auctoritate pollere, quia utraque nacta est apost. sedis approbationem. Id affirmari non potest de 1a et 2a ex memoratis collectt. quandoquidem ambae, praecisione facta ab approbatione, quam eadem in Eccl: sortitae sunt, de se non fuerunt nisi virorum privatorum studiis elaboratae ac proinde legis auctoritate minime gaudent, quapropter destituuntur qualibet extrins. et legali auctoritate. Verumtamen magni duci debet auctorit: earum intrins: et scientif: qua gavisae sunt, quia collectt. ambae minime versantur circa monumenta antiqua, quae facili pacto potuissent corrumpi v. supponi, sed totum obj: circa quod versantur se refert ad monum: recentiora, coaeva ipsis collectoribus. Quapropter nonnisi summa audacia corrumpi v. supponi poterant ab auctt: nec fraus fuisset statim detecta. De 4a collect: si placet illorum sectari sententiam qui tenent eam ipsam fuisse probatam ab Innoc. III, dicendum est quod hujusmodi collect: legali polleat auctoritate. Ceterum cum dubitetur de pontif. confirmatione, pariter in dubium revocari debet, utrum 4a decretalium collectio publ. an tantum priv.

auctor: fuerit gavisa.

De Collectione Gregorii IX.

Est om. collectt: amplissima et praestantissima. Studiis cano: jurisprudentiae parum sufficiebant 5 illae decretalium collectt., quandoquidem collectt. illae variae existebant s. numero s. auctoritate atq. illae erant concinnatae, ut altera quasi alterius appendix haberetur. Exinde fiebat, ut hujusmodi collectt. continerent s. monumenta inter se pugnantia s. superflua (abrogata) s. nimis prolixa s. maxime nutantia super collectorum fide. Haec graviora incommoda, quae obstabant studiorum progressui, Gregor. IX ut amoveret, de novae decretalium collect: adornanda consilium iniit, non quidem ea mente, ut antiquis novam substitueret, sed ex omnibus jam existentibus amplissimam conficeret, quae tanquam authent. decretalium collectio haberetur. Qua in re doctissimus Pontif: imitatus est Imp. Justin. Qui cum iste Tribon. Ictus mandaverat, ut ex antiquioribus codd. atq. postremis Impp. novellis nec non constitt: a se editis novum cod. conficere, quem deinde auctoritate sua confirmavit, ita Pont: beato Raymundo de Pennafort, suo capelano et poenit: commisit, ut ex anterioribus decretalium collectionibus, additis novissimis a se latis constitt.

unicu cod. conficerent. Pont. jubenti illico paruit B. Raym. e licet non tantu Pontif. constitt. sed etia ex Scrp. Conc. SS. Patt. monumenta protulerit, cu tame decretales Pont. exsisterent praecipue operis totius pars

Decretales Gregor. IX. Ordine servato e analogu anterioribus collectt. 5 libb. 1o de judiciis e eccl. dignitatibus. 2o de ordine e foro judiciali 3o de clericis e eccl. reditibus 4o de sponsalibus e matrimonio 5o de delictis e poenis eccl. Hujus in libros juxta methodu ja inventa distinxit in Tit. quos subdivisit in capp. quae demum si longiora exsisterent, in paragr. discerpsit.

Indicantur v. citat. capitum verba, v. numerus capit. v. utrumque simul, adjecta semper Tit. inscriptione. Liber ante minime citari solet, v. quia explorata ja e materia cujusque libri, qui proinde ex ipsa Tit. inscr. facile cognosci pot. tu quia prius canon. auctores etia in h. voluerunt imitari civiles juris prudentes

Solemniter collectione approbavit Greg. IX apposita constitutione: Rex pacificus a. 1320. Imitatus exemplu praedecessorum suorum Innoc. III e Honor. III transmisit ad professores e discipulos univ. Bonon. v. etia

Paris: e legē adjecit, ut oes hac tantū collect: uterentur s. in scholis s. in judiciis.

De ejg auctoritate intrinsecā. i. Auctor: quæ dimanat ex collectoris doctg non ē oī exceptione major - Certū quidē ē integritatem morū e vitæ sanctimoniā, qua eminebat B. Bay: Lutissimos nos facere quoad ejg probitatē ita ut prudenter ne suspicari quidē possimg de fraude v. dolo. At nō itē favorabile judiciū ferre licet de scientiā sancti coll

i. quidē pro te conditionē illig ætatis, licet optima fide, e re vera deceptū fuisse, nō constet. Sinxpit ille epocha quando valebant aiunt decret: Isidor. Pers: e summo in honore habebatur Decretū Grat: Unū B. Bayn: quāvis eruditissimū in errores lapsū fuisse nemo mirabitur.

Auctoritas vero extrinseca maxima nō dici debet, etenī approbatione summæ in Eccl. auctoritatis approbata fuit, unde h. principiū statuitur: quidquid in collect. Gregor. reperitur, sū authent. s. apocr: s. integrū s. corrupt: s. decret. Concil. gēalis s. particularis, s. simplex sententia Patris Eccl. s. alig auctoris ex approbatione Rom. Pont: vi legis acquisivisse. Universa eni e singula censetur approbasse i Pta merito nostra facimg, quæ ex nobis cō's ei imperfi/hr

autoritas. Gregpropter etiam prius: horum in collect: Greg: ea pollent auctoritate, tanquam profluxerint ex ore ipsius Pontif.

De decretalibus post Gregorium IX editis ac collectis.

Recolend. q. Gregor. IX in sua Constit: Rex Pacificus solemniter interdixerat, ne quis in posterum praesumeret novam collect. adornare, nisi ex speciali indulto apost. sedis. Et re quidem vera per annos circiter 30 nulla alia collectio fuit adjecta s. Decreto Gratiani s. Decretalibus Gregor. IX quibus tunc constabat Juris Pontificii Corpus. Sed postea Bonif. VIII perpendit Gregorianam collectionem non amplius saltem rite respondere Juri canonico suo tempore vigenti, tum propter novas constitutiones, a Pontificibus editas tum praesertim ob duo generalia concilia Lugduni celebrata, quorum alterum convocatum fuit a. 1245 sub Inno. IV, alterum a. 1274 sub B. Greg. X. Proinde tandem Bonif. VIII a. 1300 3bus a se delectis praestantissimis viris: Gulielmo Archiep. Ebreduniensi, Berengario Ep. Bitterensi et Richardo de senis, juris utriusque dd. demandavit ut novam lucubrarent collectionem: quae tamen exsisteret veluti appendix collect. Grego: quandoquidem Bonif. VIII noluit abrogare decretales Greg: sicuti hic Pont: abrogaverat decessorum decretales, sed voluit supplementum adjicere q. sive posteriora ipsius Greg: decreta s. aliorum subsequentium Rom. Pont. decreta s. tandem canones utriusque concilium Lugd. unde

opq mũ vocavit VIᵐ decretaliũ, quia eset VI lib: accedens V decretaliũ.
In qua nova collect: idẽ prorsq servatur ordo, ac i collect. Greg. proinde capit: allegentur eadẽ formula atq ex decret: Greg: solũ discriminis gratiã additur: in VI°. Opq perfectũ tandẽ approbavit edita constit: sacrosanctae Rom. Eccl. Et ipse imitatq exemplũ suoq decessoq: Innoc. III. Honor. III. Greg. IX hanc collect. misit ad professores ẽ discipulos univ: Bon: ut oẽs eadẽ uterentur s. in scholis s. in judiciis. Pauca dicemq de auctor: s. extrins. s. intrins. VI' decretaliũ.
Auctorit: intrins. hujq operis maxima dicenda ẽ, siquidẽ in VI. decret: constet ex monumentis recentioribq ẽ ferme coaevis, hinc impossibile fuit, ut in eadẽ digerenda vitiũ aliq irreperet. Etenĩ oĩbq nota universis explorata erant monumenta, quae ibi congerebantur, solũ adnotand q. Bonif. VIII suo in opere, nõluit proferre monumenta integra, sed ut ipse laudat, decretales plures s. correxit s. resecavit s. etiã additionibq amplicavit, ut disciplinã eccl. tũ temporis vigenti hujqm' documenta accommodata existerent. Hinc plura a Bonif. collecta nõ integra reperiuntur neq sec. sensũ primitivũ. sed de industria aliquas mutationes passa sunt.
Auctor. extrins. ẽ juridica itẽ maxima dici debet, etenĩ collect.

fuit solemniter approbata, proinde juxta omnium DD sententiam dubium non est quod VI.^m decretalium vim legis obtineat.
Exemplum Bonif. VIII novam collect. elaborantis imitandum sibi proposuit Clem. V. qui 1º sedit Avinione. Quemadmodum enim Bonif. VI.^m decret: concinnandum curavit, ita Clem. V volnit adjungere VII.^m quod contineret antecedentium collect: veluti supplementum. Hinc voluit unum in corpus colligere omnes collect. s. quae editae fuerant 1311 conc: Viennensi, cui ipse interfuerat s. quas ipse protulit v. ante v. post memoratum conc: Sed morte praeventus non potuit desiderium suum explere. Illud tamen efferit Joan. XXII const: a. 1317: Quoniam - qui hujusmodi collect: a Clem. V perectam approbavit et transmisit ad professores et discipulos Bonon: juxta consuetud. Solum voluit hujusmodi collect: nuncupare titulo VII.^i decret: sed potius nomine Clementinarum a suo auctore eam designante. Ordo autem novi codicis idem prorsus est atque in antecedentibus collect: cum constet V libb. divisis in articulos qui in paragr: dispescuntur. Clementinae igitur solent allegari, ut decret: Gregor. IX, adjecta voce: in Clem. - vel etiam ita: Clem: Si furiosus Tit. de homicidio - De ejusdem auctor: s. extrinseca et intrinseca idem prorsus sentiendum quod de VI.º Decret:

Sed Joan. XXII diuturnũ gerit pontif: ab a. 1316–1334 ẽ ipse meditatus ẽ, saltẽ uti putat Doviatius, novũ proferre codicẽ ex suis constit. digestũ, ẽ revera unũ in corpus XX constitt. Jo: XXII fuerunt redactæ a. 1325, sed quo auctore, penitus ignoratur, neq. ulla accessit pontif. approbatio huic collectioni, quæ proinde cũ contineret Jo. XXII constitt: quæ vagabantur extra Corp. Jur: hinc ipsa fuit nuncupata: extravagantiũ Jo. XXII. Exiguus monumentorum numerus profecto haud permisit collect. in V libb. distribuere ac proinde confectus fuit textũ unus lib. in XIV art. divisus, servata tamẽ materiæ distrib. quæ in cæteris: Allegantur v. per eundẽ numer: v. per initialẽ additis verbis: In Extravag. Jo. XXII. (Cap. Execrabilis, de præbendis, in Extrav. Jo. XXII – v. Extravag. I Joan. XXII de præbendis)

Extravagantiũ communiũ alius ẽ lib: extravag: quia extra corp. Jur: vagabantur, communiũ, quia hujusmodi constit. nõ ab uno Rom. Pontif. fuerunt exaratæ, sed editæ sunt saltẽ a XXV Rom. Pontif. nempe ab Urbano IV, si tamẽ vera ẽ inscript. cap. I Tit. de simonia, usq. ad Sixt. IV. Hujus collect. pariter incertus ẽ auctor, quemadmodũ ignoratur epocha, in qua ipsa in lucẽ fuit edita; videtur tamẽ sub fine sæc. 15. v. paullo post a. 1483, quia in hac collect: cap. 2 Tit: de reliquiis ẽ

venerationе SS. continens decret: postremū, edit͡a ē a Sixt. IV a 1483. Novū istud opq ubenq existit opere Joan. XXII ē proinde in V libb dividitur, sed cū collectori deficeret materia pro lib. IV, ubi sermo erat instituendq do sponsalibq e matrimonio, omisso IV lib: a III° ad V. progreditur. Lib: constant artic: ē paragr: allegantur, uti in collect. superiori, immutato nomine Jo XXII in verba: in comunibq. Auctoritas ambaq collect: tū Joan. XXII tū extrav: comunium ea ē ut neutra prodierit sub auspiciis Rom. Pont: saltē i.certo nō pō demonstrari, proinde ea h. cap. neutra vī legis obtinere pō, verū cū utraq comuni usu sit recepta ē monumenta in ea inserta genuinitatis charact: polleant, hinc jure optimo extravagg. habentur pro jure comuni a supremo Auctori: approbato.

3° collectio Petri Beneventani 4ª anonyma sub Innoc. III. V.ª Honor. III VI. Greg. IX 7.ª Bonifacii VIII, 8ª Clementis V; 9ª Joannis XXII; 10ª Extravagantia Communia.

De collectionibus Juris Novissimi.

Initium ducunt a Concil. Trid. q. a. 1545 sub Paulo III convocatum, deinde a Julio III restauratū, tandē a Pio IV

25 sessionibq a. 1563 absolutu fuit. Porro sapientissima hujq. Gñlis Concilii decreta s. ex parte, qua novatoq hœresi condemnant s. ex parte, qua collapsã in Eccl. reparant disciplinã, in oibq mundi partibq, in quibq promulgatœ fuerunt, tantã famã ē laudē sibi comparebant, ut Eccl. auctoritas, generatim loquendo, quã operã dare novis canonu collectionibq conficiendis potiq in Concilio Trid. veluti conquievit ē proinde tota fuit in hujq gñlis Concilii decretis v. custodiendis v. interpretandis v. applicandis. Unde factu ē, ut Concil. Trid. haberetur veluti unicq cod. authent. qui legis vi polleret. Verũ i. nõ fuit impedimento, quin eruditi viri, uti in anteriori ætate, sic etiã tertiã juris nostri periodo sedulã navarunt operã in colligendis juris nostri monumentis ad cano. disciplinœ bonũ ē incrementu faciend. E hinc plures apparuerunt collectiones, quœ habita ratione ad methodũ possunt ad 2ᵉ classẽ revocari. Etenĩ nonnullœ analogiã dicunt ad collectt. anteriores neq indolẽ juris novissimi satis redolent; aliœ novã ē prorsq singularẽ indolẽ prœ se ferunt.

De collectionibq quœ anterioribq sunt analogœ.

Rom. Pont. Gregor. XIII opera viroq eruditoq curavit colligendas Rom. Pontiff. constitutiones põ Sixtũ IV. editas nec nõ decreta

synodalia pō Viennense Concil. sancita, sed opere nō absoluto morte obiit. Sixtus V, qui Gregor. successit, ipse hanc collectionē perficiendā censuit, sed quā ē ipse morte fuisset praereptus, integrū opus sub Clemente VIII perfectū ē sub titulo VII Decretales Clementis VIII quasi adjungend esset VIº decr. Bonifacii VIII. Verū operis istius editio ex mandato ipsius Clementis VIII illico fuit suppressa ē rationabiles hujusmi suppressionis causas enumeravit Fagnianus - sc. collectio Clem. VIII referebat inter cetera argumenta plures canones Con. Trid. de quo Pius IV in sua apost. constit. „Benedictus Deus" qua illud prorogavit, comentaria ē interpretationes s. glossas oēs expresse ē solemniter interdixerat. Quapropter Clem. VIII timuit, ne hujusmi opere evulgato, etiā Trid. canonibus accederent glossæ ē interpretationes, prouti factū erat de collectionibus Greg. IX ac Bonif. VIII. Ob hanc rationē opus illud oīo rescissū fuit, ita ut hodiè nulla aut fere nulla existat hujus operis exemplar, quibus nulla accessit publ. auctoritas, ut vī legis possint aliquo mº conferre.

Sed ne tot monumenta, quæ præter canones Trid. habebantur in VII Decret. oblivioni darentur, factū ē, ut eidē operi reformando manus admoveret quidā JCtus Lugd. nomine Petrus

Matthaeq, qui omissis canonibq Trid. colligendos curavit decretales, editos inde a Sixto IV usq ad Sixtu V. Opq suū Cardin. Cajetano dicavit ē a. 1590 in luce edidit h. titulo: „Lib. VII decretaliū constitt. apostolicis adjectq, ad plenā ē perfectā juris apost. cognitionē." Sed haec collect. publica auctor. minime gaudet ac proinde, uti priv. auctoris opq habetur.

De collectionibq juris novissimi, quae novā indolē habent.

Reliquae juris nostri collectiones, quae usq ad nos pertingunt, nova methodo concinātae fuerunt. Inprimis earq auctores nō sunt secuti ordinē, qui erat cōmunis anterioribq, sed potiq ordinē chronolog. secuti sunt. Insuper curatu nō ē, uti in epocha antecedenti, dūtaxat frgmᵃ monumentorq colligere, sed potiq integra juris nostri monumenta exhibere. Deniq nō ampliq collectionū sanctiones ab variis auctoritatibq prolatae, fuerunt in unū congestae, sed pro varietate subjecti in amplissimas classes distinctae sunt, ita ut seorsī in unū corpq redigerentur constitutiōnes Rom. Pontificū, quae bullae appellantur, seorsī canones conciliorq v. gnliū v. particulariū, seorsī decisiones supremi Tribunalis eccl. quae ad tramites concilii Trid. prodierunt circa ejqdē concilii Trid. s. interpretatiōnē s. applicatiōnē.

Inde exortæ sunt inprimis Collectiones Bullar, quæ Bullaria fuerunt appellatæ 2° Collectiones Concilior 3° Decisiones Tribunaliū.

De Bullariis.

Primq qui ~~manū~~ adjecit colligendis universis bullis s. Rom. Pontif. Constitutionibq, fuit Laërtiq Cherubinq Rom. Ktq qui voluit unū in corpq redigere Bullas. Qua propter uno volumine juxta ordinē temporis omnes digessit, incipiens a Leone M. usq ad Sixt. V, cui opq suū dedicavit atq a. 1586 edidit sub titulo Bullarii. Postea adauxit opq suū magno constitu. numero hancq nova collect. Paulo V obtulit. Tandē idē Laertiq, dū 3ᵃ bullar collectioni studet, omnesq vult recentiores Rom. Pontificū constitutiones usq ad Urbanū VIII colligere vita excessit. Angelq Maria Cherubini, filiq ejq. dictq Cassinensis, opq h. prosecutq ē illudq produxit ad Innoc. X i. e. ad a. 1634 quo opq suū Romæ typis divulgavit, IV voluminibq distinctū „Magnū Bullariū Romanū" Eidē operi postea adlaboraverunt duo viri regulares strictioris observantiæ: Angelq ~~Lattosca~~ Paulq a Roma, qui Vᵘ addiderunt volume continens Rom. Pontiff. constitutt. usq ad Clem. X. Postremo loco istq his supervenit clarissimq Hieronymq Magnariq

qui Romae edidit Bullariū in XIV tomos distinctū, continens apost. constitutt. a Leone X usq. ad Clem. XII. Huic operi aliā IV volumina continentia constitutt. doctissimi Benedicti XIV superaddita sunt, demū alia aliāq. adjuncta progressu temporis. Ceterū istar. bullar. collectiones publ. ac legali auctoritate minime gaudent, qum a priv. viris confectae fuerint. Tanti ear. auctoritas facienda ē, quanti valet ingeniū ē critica collector.

De collectionib. Conciliorum.

Eodē fere tempore, quo aliis placuit bullas pontif. colligere, aliis arrisit, unū in corpus redigere universos Concilior. s. gnliū s. particulariū canones redigere. Primus fuit Merlinus, qui paulo ante Concil. Trid. a. 1530 Parisiis edidit suā collect. II in tomos distincta. Posterius hanc collectio: auxit cl: Krab, adjecto volumine III. Deinde eadē collectio curis Binii, Surii aliorq. viror. doctorum ad VII volumina producta ē. Tandē eidē operi s. Labbeus s. Colutius, Collet, Mansi aliiq. adlaboraverunt, quor. studiis collectio in diē aucta, tandē ad XX ē plurr. volumina excrevit q. nonisi saeculo praeterito evenit. Quarū editionū ....

Oīu praestantissima illa ē, quae cura Nicolai Colleti edita fuit Venetiis XXX voll: a. 1744 ē quā locupletavit Domin. Mansi Lucae 1748. Auctoritas vero conciliorq. collectionib. eadē tribuendē ē quae

bullariis convenit, utraq. eam collectionum species nonnisi opus privatorum habenda est. Valet sc. tantum quantum scientia, probitas et maxime vero critica collectorum.

De collectionibus supremorum tribunalium decisionum.

Quemadmodum Bullae et Conciliorum Canones seorsim fuerunt collectae, item etiam unum in corpus redactae sunt supremorum tribunalium decisiones; quod praesertim accidit in sententiis judiciariis S. Rotae Rom. in decisionibus Congr. Concil. Trid. in decretis authent. Congr. Rituum. Hinc 3ex istarum collectionum species. In primis habetur collectio amplissima ab eruditis viris concinnata, quae circumfertur hoc titulo: Decisiones S. Rotae Rom. quod opus usq. ad diem praesentem continuatum exhibet sententias singulis annis prolatas.

Alterius generis illa est, quae distinguitur nomine: Thesaurus decisionum S. Congr. Concilii Trid. Haec originem suam sumpsit ab a. 1718 neq. interrupta unquam, pervenit usq. ad nostra tempora. In tertio genere prae ceteris spectatur collectio uberrima, quam ex actis S. Congr. Rituum cl. Aloysius Gardellini, ejusdem Congr. assessor, sub hoc titulo evulgavit: "Decreta authent. S. Rituum Congr." Quoad auctoritatem vero harum collectionum eadem vigent criteria, quae jam indicavimus in Bullis ac Conciliis, nempe aucto-

ritate esse privat: horu e proinde tanta esse, quanta scientia arteq critica collector. Hae sunt collectiones, ad jq novissimu pertinentes. Veru ut hujq argumenti tractatio absoluta evadat, adhuc disserend superē de peculiari quadā collectione, quae ob singularē naturā suā nō potuit comprehendi sub ulla juris nostri historica epocha. Sunt autē quaedā regulae juris cano: quae circumferantur sub nomine

Appendix de Regulis Cancellariae Romanae.

Regulae hujqmi nobis exhibent quandā singularē legū eccles: collectionē, quae si intrinsecq spectetur, 3° ex capite considerari possunt.

1° Dici debent anomaliae, etiā ratione materiae, circa quā versantur. Nō comprehendit enī materiā juris nostri univ. sed prorsq singularē, quatenq versatur circa functiones officialiū Cancellariae, circa formā responsionū, demū circa reservationes Pontif: quae locū habent in causis Beneficioz.

2° Anomala exitit haec collectio ratione promulgationis, cū in sola Cancellaria Rom. promulgetur, valeant tamē regulae pro univ. orbe cath. ubi receptae sunt ē in quantu receptae sunt, qs. judicari debet juxta variā cōsuetudinē Ecclesiaz particularīū.

3° Tandē dici debet anomaliā ratione durationis, etenī nō sunt perpetuae, sed durant usqs ad morte uniq cujqqs Pontif. a cujq successore

paulo p° creatione confirmandæ sunt. Proinde vis earum nulla existit tempore sedis vacantis. Possunt comparari edicto prætoris rom: proponendo ab unoquoque prætore novo. Propter has anomalias suas regulæ, licet exhibeant collect. authenticæ e legato, non potuerunt inseri in collectionibus, de quibus supra actum e. Earum vero historia antiquissima existit, utpote antiquissimum esset Cancellariæ officium, in quo nempe rescripta e bullæ solent expediri. Initio hæ regulæ erant traditionales e viva voce communicabantur - Jo. XXII primus fuit, qui easdem regulas in ordine redegit easdemque scriptas approbavit. Subsequentes Pontiff: Rom. præsertim Nicolaus V, hujusmodi Cancellariæ regulas auxerunt, ita ut hodie paucis immutatis v. adjectis, numerus earum usque ad LXXII excreverit. Amplissimum edidit commentarium Cl. Jo. Bapt. Rigetti, qui p° consuli, quoties cunque aliqua controversia exoriatur circa interpretationem earum v. applicationem.

Pars II.

De legum ecclesiasticarum interpretatione.

Cum leges hominibus imponantur, ut ad tramites ipsarum actiones suas componant, inprimis locutio legis claritate ac perspicuitate excellere debet, nec homines non poterunt actiones suas componere ad normam legis, quæ aut obscura aut ambi-

qua evadat. Deinde fere impossibile ē invenire leges tali evidentiâ demonstratas, ut nullâ exigent interpretatione. Quapropter tū ob legis ipsius universalitate, quæ ad oēs ē singulas causas extendi videatur, tū ob temporis antiquitate, quo lex scripta fuit, tū etiā ob alias causas cōtingit, ut in legis locutione sæpe sæpiusq aliqua obscura v. dubia occurrent. Quare prudentiū virorū erit, explicare legesˇ juxta genuinū sensū ē applicare casib9 particularib9. ē quidē prudentia cōsistit in habitu leges rite intelligendi ē præpositis casib9 applicandi, quæ in scientia canonica exhibetur. Hæc vero constat tū parte theoretica tū practica, quarū prior leges Eccl. interpretatur, altera in applicandis legib9 versatur. Prior in scholis docetur, posterior fori usu ē negotiorū quantitate acquiritur. Cū igitur nostrū sit, sensū legis can: theoretice explicare, huic profecto fini nō sufficit cognovere leges, nisi noverim9 easdē interpretari. Proinde priori parti theor: necesse ē altera persˇ subsequatur de legis interpretatione. De ea plura in superiorib9 scholis tradentur. Nos tamē quadā elementari ratione investigabim9 s. naturā s. speciē s. etiā determinabim9 varios modos interpretandi s. præserti curabim9 constituere interpretandi regulas s. ea principia, quæ servire possunt ad rite recteq leges interpretandas.

<u>De natura interpretationis ejusq speciebq.</u>

Interpretatio in genere nihil aliud ē, nisi sensq genuini investigatio alicujq termini v. etiā obscuri s. ambigui sensq explanatio. Quā definitionē si ad leges applicemq, legis interpretationē ita poterimq declarare: Investigatio veri e genuini sensq legis v. uti vulgo ajunt, legis ambiguæ v. obscuræ facta explanatio. Porro hujq interpretationis species variæ existunt, quæ 2i ex fonte depromi solent: v. ex quantitate fontis, unde procedit interpretatio v. ex qualitate i.e. diversitate mi quo peragitur interpretatio.

Ratione fontis habemq 3em interpretandi specie: v. authenticā v. usualē v. judicialē v. doctrinalē. Cano: interpretatio si ex fonte derivari pō: v. ab ipso legislatore v. ab inferiore magistr. v. a viris doctis e peritis.

1. Interpretatio quæ fit ab ipso legislatore, 2i mo habetur: aliquando per legē scripta, quæ ostendit clarā ejqdē legislatoris voluntatē e hujqmi lex fertur a legislatore v. per se v. per alios ad i. muneris deputatos. Aliquando interpretatio habetur ope causæ judiciariæ, quæ principis voluntatē manifestat, quæq appellatur authent. quia ab ipso legislatore directe dimanat e nullā admittit suspicionē circa explanationē

Usualis vero interpretatio vocatur quae fit per consuetudinē, quatenus haec populi per usū inolevit. Ex memoratis speciebus altera ab altera nō discernitur, nisi m° quo utraque manifestatur. Lex enī scripta a nō scripta differt nisi diverso m° quo profertur. Cū istae duae interpretationis species ab eadē auctor: ē quidē suprema dimanent, ambae ejusdē ponderis ē auctoritatis sunt ideoque vī legis obtinent.

2. Legis interpretatio pō etiā dimanare ab inferiori magistr. nempe a judice. Quāvis judex vi sui mandati nō sit deputatus ad interpretandā legē, sed ad applicandā casibus particularibus, tamē ita interpretatio cū legis applicatione conjungitur, ut si aliqua potestas judici legē interpretandi nō concedatur, nec ipsa lex fere unquā effectū possit habere. Saepe enī foret consulendus princeps de sensu legis ob dubia, quae perpetuo oriuntur. Proinde in mandato, quo concedit princeps judici potestatē applicandi legē, etiā re ipsa in rebus communibus ac levioris momenti dat facultatē interpretativā, quae interpretatio appellatur judicialis neque vī legis habet, sed valet tantū inter partes contendentes, neque obē nec prodē pro alio, ut fert adagiū. At sententiae judiciales, licet nō faciant jus nisi inter contendentes, tamē cū a Tribunali, praesertī supremo prodeant repetitis vicibus de eadē re, transire possunt

in jq gente e per accidens etiā aliis personis applicari [stain]
pretatio, orta ex analogis Tribunaliū supremor decisionibq s. judicialis, pō in casu memorato vi legis acquirere.

3. Interpretatio legis oritur etiā a viris doctis e peritis juris si quidē supremq imperans. qui juris prudentiæ studia fovet, indulget viris doctis, ut sua ingenia in legibq interpretandis exerceant. Quæ interpretatio appellatur doctrinalis e fieri pō super universas leges, nisi apposite interdicatur. Q. revera aliquando gravissimis in causis factū ē. Ex. gr. vetita fuit a PP. Trid. ea super verbo divino Patrū interpretatio, quæ contraria foret sensui Ecclesiæ eorq q sanctor PP. Rursq:
Pius IV in sua Bulla, quæ Concil. Trid. approbavit, ipse sub gravissimis poenis doctrinalē hujq Concilii canonū interpretationē sapienter prohibuit, ne doctt. aliquando abundantes in hac interpretatione Canones Trid. protrahant longe alienos a mente Patrū. E ipsa Synod. Trid. decr: sess. 23. cap. 1. de residentia Epōr. —

Cæterū doctrinalis interpretatio, utut sententia privat. viror nullā legis vi habet ac proinde tantū valet, quantū valent argumenta ab iis exhibita. Patet igitur objectū tractationis nostræ nō esse nec authenticā nec usualē nec judicialē

interpretatione, sed eā, qua semper in nostro progressu studio uti debemus, sc: doctrinalē, quae viris prudentibus relinqui solet. Hac quoad fontes interpretationis. Ratione vero mī 3ex habetur species: declarativa, extensiva, restrictiva. Interpretatio declarativa ē simplex explanatio notionū legis, quae nimirū aliquā obscuritate aut ambiguitate continent. Extensiva quae sensū legis extendit ultra q. sinunt legis verba, sed nō ultra q. postulat legis ratio ac spiritus. Per hanc interpretationē fit, ut lex amplectatur casū terminis legis minime cōprehensū, suadente tamē eadē ratione ē identitate quā casus habet cū litera legis. Q. procedit ex h. principio gli: ubi extensa ē ratio, ibi juris expositio.

Restrictiva locū habet, quando coarctatur sensus legis infra vī verborū atq. ita fit, ut aliquis casus, qui verbis legis cōprehenderetur, tamē ex legis sententia excipiatur ē h. appellatur epicheia, s. benigna legis interpretatio.

Ceterū quando una v. altera ex speciebus memoratis locū habere debet, i. patebit ex iis, quae dicemus. Siquidē putandū nō ē, q. inconsulto fiant hujusmi interpretationes s. declarativa s. extensiva s. restrictiva, sed ipsae suas habent regulas, quae prae oculis habere debent sensū legis verū assequend.

Sed verũ ē genuinũ sensũ alicujq legis assequi, profecto idē ē ac legislatoris v. rescribentis voluntate rite interpretari, Igitur in peragenda interpretatione attendi debet ad voluntate legislatoris v. rescribentis. Investigatio hujq voluntatis erit actio fundamentalis totiq interpretationis. Alteræ regulæ, vulgo traditæ ē recensitæ ab ipso jure sunt veluti totidē media ad cognoscendā legislatoris voluntate. Hujq-m^i regulas curabimq hic expendere. Sed institutionũ ceno: studio magis consuli videtur, si ponantur quædā principia, quæ inserviunt ad investigandā legislatoris voluntate atq mente dirigunt in legibq s. rescriptis interpretandis. – Porro cũ de voluntate legislatoris aut rescribentis possit controverti in 2^i casu: v. in singulari juris dispositione, quæ obscuritate v. dubiũ importat v. etiā in pluribq dispositionibq, quæ inter se conflictu veniunt, hinc distinctis articulis pro utroq casu principiũ statuemq.

<u>De interpretandi principiis pro singularibq juris dispositionibq</u>.

Ita pō <u>primũ</u> enuntiari: voluntas legislatoris nunquā præsumitur injusta, inepta, inutilis, læsiva, impia, absurda.

Principii ergo hujq ratio ē, quia lex importat natura sua rectitudinē, ordinationē, ē rationis juxta D. Thom. Atqui quidquid ē s. inane s. ineptū s. inutilē s. impiū s. absurdū, profecto nō pō rectū esse ē ordinatū, ergo ipsa legis natura postulat, ut voluntas principis nunquā praesumatur v. inanis v. inepta v. inutilis v. impia v. absurda. Inde seq.

<u>Corollariū</u>: Indulgend ē v. extensivae v. restrictivae legū interpretationi, quoties una v. altera seposita, legislatoris voluntas traheretur ad inane, inutile, ineptū, impiū, absurdū. Hinc datur intelligi sensq cujqdā interpretandi regulq: <u>ubi eadē ratio</u>, <u>ibi eadē juris dispositio</u>. Similiū, aliter, eadē ratio; quae tamē principia nō ita sunt intelligenda, tanquā liceat de uno casu in alterū legē extendere, sed tū tantū h. fieri debet, cū secq legislatoris voluntas evaderet inanis, inepta etc. Rursq exposito h. corollario inotescit sensq alterq regulae: In oībq causis potior ē causa aequitatis, quā stricti juris. q. valet, quando strictū jq evaderet suma injuria. H. in casu lex

<u>Alterū principiū</u>: Voluntas legislatoris praesumitur proclivis ad ea, quae juris favorē habent, contraria vero iis, quae habent jq adversū. S. quidē pendet ratio hujq ex eo q. princeps, qui juris ē fons, ē hujq juris etiā custos. Proinde nisi constet contrariū, semper censeri

ē principē juri favere eiq nō derogare. Sed ut magis evadat perspicuū principiū cōstitutū s. enodarant termini quibq principii lex statuitur, enucleanda sunt ea, quæ gaudent juris favore v. quæ nō gaudent. Ea quæ juris favore gaudent 3^{ri} ex capite distinguuntur:

1° ipsū jq constitutū ē voluntas principis ad h. procliris præsumitur;

2° utilitas publica, s. civilis s. religiosa, quæ seu bonū comune resolvitur in jq ipsū, cū juris sit h. bonū curare ac tueri;

3° liberalitas (munificentia) principis, ii quidē maxime decet principē ē liberalē esse ē justū.

Jq vero adversū habent

1° quidquid juri cōtrariū ē;

2° quidquid bono comuni adversatur s. civili s. religioso

3° vero quidquid nō principis liberalitate sed quidquid novā cōtinet obligationē s. ad poenā s. ad culpā, ē ratio ē, quia leges nō ad adimendā sed ad dirigendā libertatē dantur. Quare nisi aperte cōstet obligatio s. ad culpā s. ad poenā, manet libertas. – Ideoq nec ad culpā nec ad poenā fert obligatio, nisi de ea cōstet aperte. Ex quo principio 2 dimanant corollaria:

Coroll. 1^{m}. Quando sermo ē de illis quæ juris favore gaudent s. quæ

sunt de jure veteri v. quae consulunt bono publico v. quae continent principis liberalitate, indulgend. e interpretationi extensivae, sic ex. gr. sub nomine populi comprehenditur etiam clerus, e sub nomine cleri comprehenditur quoq. epus e sub nomine dioecesis comprehenditur etiam civitas eplis, sub nomine generico continentur, quae speciali nomine designari solent; ut habet reg: 86 in 6°: in toto non e dubium partem contineri.

Unica datur exceptio in causa impetrationis beneficior. eccl: nam licet eccl: beneficii promissio videtur esse liberalitas qua exercet auctoritas eccl! tamen ex cap. 4 de praebendis in 6°, hujusmodi actus eccl. auctoritatis habet juris odium, quia beneficia solent per ambitionem impetrari, e proinde litterae super obtinenda beneficia non extensiva, sed restrict. interpretatione reguntur. Bonif. VIII litterae super obtinenda beneficia impetrate, debent, cum sit ambitiosae restringi." Ambitio autem in casu e beneficii desiderium e plurium clericor. concursus in quo timend. e ne alicui tertio praejudicium inferatur, q. odiosum e in jure. Hinc cum per ambitionem impetrentur beneficia, acquirunt juris odium e in interpretatione non considerantur tanquam liberalitatis actus. Quapropter sub nomine beneficii eccl. non continetur canonicatus cathedralis eccl. v. pensio eplis quae speciali nomine designantur.

Rursus si quis cleri mandatur in litteris Rom. Pontif: providendi de beneficio vacaturo, i. non intelligitur de beneficio q. forsitan mox erectum fuerit, ita sub nomine generico non continentur ea, quae speciali nomine

indicari solent.

v. quæ opponuntur bono publico
sc. quæ legi sunt cōtrariæ, ut privilegia, dispensationes
Coroll. 2. Quando agitur de iis quæ habent juris odiū, studendū ē restrictivæ interpretationi. Hinc datur regula sub: n. 49 in 6°: in poenis benignior ē interpretatio facienda - itē reg. 30. in 6°: in obscuris minime ē sequend.

Ex utroq coroll. patet sensq reg: 15 in 6°: odia restringi debent ē favores convenit ampliari.

Principiū III. Voluntas legislatoris præsumitur, qualis ex verbis ē cōtextu legis apparet juxta comunē vocū significatiōnē illiq temporis quo lex edita fuerit. Hujq principii ~~ratio~~ evidens princeps censetur velle a subditis legis observantiā, sed nequit servari lex, nisi clare intelligatur, nec hujq'ui lex intelligitur nisi princeps suā mente manifestet juxta comunē loquendi usū. Hinc statuitur regula hæc:

Gñlis expressio æquivalet ōibq particularibq, quæ sub generis vocabulo cōtinentur.

Locutio ~~indefinite~~ æquivalet gñli, secundū regulā:
„Ubi lex nō distinguit nec nos distinguere debemq". Ratio ē, quia Itiō ē uti comunis loquendi ratio ē juxta eā præsumitur princeps locutq fuisse. Excipiendq casq in quo ōiū particulariū ratio par nō existit, sed ex hisce particularibq unū v. alterū

speciale prae se ferat difficultatē concessionis in animo principis.

Princip. IV. Voluntas legislatoris praesumitur cōsona universis s. locis s. tempor. s. personar. adjunctis quibus lex fuerit edita – quia adjuncta hujusmodi extiterunt veluti totidē motiva, quae principis animū moverunt ad legē sanciendā. Inde dimanat, q. historia ē optima legū interpres, cū doceat, quaenā extiterint adjuncta, inde patet maxima utilitas ē necessitas rite perpendendi historiā, ut legis sensū legitimū valeamq assequi. Nequē satis commendari pōt histor. eccl. studiū.

Princip. V. Voluntas legislatoris praesumitur cōsentanea veteri populi cōsuetudini. Optima legū interpres cōsuetudo ē. Consuet. ē alter ex m^is quibq princeps subditis voluntatē suā manifestat; in lege nō solū condendā v. extinguendā, sed etiā in legis sensu explanando.

Haec V. principia interpretis mentē semper dirigere debent.

De principiis, quae prae oculis habenda sunt in legū collisione.

In hac legū collisione 3 videntur applicari posse principia:

I^m. Voluntas legislatoris praesumitur cōstans ē perpetua. Ratio derivat. ex natura legis s. societatis, utraq censetur cōstans.

Coroll. Quoniq leges possunt inter se cōponi, singulae leges sustineri debent. Inde redditur ratio regulae: q. specialis deroget generi:

quatenus in conflictu duas legum, quae altera generalis est, altera particularis, praefertur speciali, sed non contemnitur generalis.
Verum licet semper praesumenda sit constans ac perpetua legislatoris voluntas, fieri potest, ut nova voluntas contradicat anteriori; tunc pro cautis habendum est

Princip. II. Nova voluntas derogat anteriori in eo, in quo contraria existit, quia utraque contradictionis servari nequit nec principis voluntas ad contradictoria se ferre potest. hinc novo jure abrogatur antiquum vel ei derogatur. Sed non semper dispositio recens est contraria habet pro se voluntatem principis, unde addendum est novum

Princip. III. Non praesumitur nova voluntas in principe, nisi praesumatur haec scientia, quia ignorantia opponitur scientiae. Ad sensum hujus principii clarius enucleandum juvent inquirere in quonam consistat principis scientia, in quo ignorantia.

Jam vero in principe praesumitur scientia juris communis s. dispositionum generalium e ratione explicat Bonif. VIII cap. 1 tit. de constit. in 6° : Rom. Pontif. jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere." Etenim in Rom. Pontif. ipsius juris communis exsistat fons et origo, hinc juridice praesumi non potest ignorari quae a se edita est et quae in sua habet voluntate. E contra, quae sunt juris particularis, relate ad

principe, habent potius rationem facti quam juris, proinde ob quamdem juris varietatem et mutabilitatem possunt probabiliter ignorari, unde in principe praesumitur particularis juris ignorantia.

Jus can. est disciplina per quam legum eccl. interpretationem rite illorum officiorumque definit, et determinat

1° Supponitur universae can. disciplinae expositivas eccl. leges et earundem interpretationem, et rei de utroque satis egimus in prolegomenis.

Hanc Apost: oeconomiam secuti sunt Epi qui proinde maluerunt diaconis quam presbyteris dioecesis administrationem demandare. Inter hujusmodi diaconos unus erat praestantior aliis, ideoque appellatus archidiaconus, qui non in orbe veluti repraesentans v. vicarius Epi generalis   Lapsu temporis factum est, ut non soli personae, sed ipsi dignitati eccl: archidia: adnecteretur potestas repraesentationis epalis ac proinde eo ipso, quo quis renuntiabatur archidiaconus, simul veluti constituebatur vicarius natus Epi in universo eccl. regimine, licet juxta locutionem sacr: canonum archidiac: non designetur nomine vicarii nati. Quapropter archidiaconus erat praecipuus minister Epi, cujus nomine totam per dioecesim amplissimam administrationem exercebat, unde Epi   v. manus appellatur in sacris canon: Verum progressu temporis ob suam dignitatem in facto elati sunt archidiaconi, nam cum ipsis ratione jurisdictionis ab Epis concreditae potior locus competeret in ipsis presbyteris ex h. archidiaconi coeperunt efferri super ipsos presbyteros quin imo ut habemus ex monumentis eccl. histor: archidiaconi contra ipsos Epos insurgere minime dubitarunt. Ob hujusmodi abusus, qui generales facti erant, sensim sine sensu factum est, ut primum in eccl. orient: saec. X. deinde in saec. XIII amplissima archid.   jurisd.   ferme extingueretur. Mansit dumtaxat eccl. beneficium nec non etiam aliqua honoris signa, praesertim in peragendis eccl. functionibus, jurisd. vero omnis evanuit. Verum ex quo huic gradui amplius non competeret archid.   non exinde

idem gradus suppressus fuit in systemate eccl. regiminis, siquidem PP. Conc. Later. IV. (sub Inno. III. a. 1215) Eppos adhortandos censent, ut si per se non valerent universam dioeces. administrationem gerere, ipsi eligerent aliquos eccl. viros, in quos transfunderent plenam repraesentationem eorum jurisd. illius nominum potest quae jure antiquo competebat archid. Patres Later. synodi exhortationi illico paruerunt ita ut v. ab ipso saec. XIII exeunte fere ubique locorum constituti visi sint clerici, qui cum iis universa dioeces. Eppi onus gererent, vicarii generales nuncupati fuere in jure eccl. Unde habemus quod origo vicariorum repetenda sit a Conc. Later. IV. atque exinde satis aperte colligitur, causam de hujusmodi vicariis generalibus nulla unquam habeatur mentio neque in decreto Grat. neque in decret. Gregor. IX licet ibid. lib. I habeatur expressus tit. de officiis vicarii. Contra in VI. decret. qui prodiit initio saec. XIV agitur de vicariis generalibus Eppor. in tit. de officio vicarii.

Demum quo ipsum munus constitutum fuit in singulis dioeces. Tum vero in vicariis generalibus instituendis opportunum visum est hujusmodi munus non alligare alicui eccl. beneficio, quemadmodum de archid. contingebat. Secus enim ex natura beneficii quod est perpetuum idem munus conjunctum cum beneficio videbatur inamissibile et proinde vicar. fort inamovibilis quod nocere poterat. Proinde munus Vicarii

Gnlis nomine fuit adnexum alicui beneficio sacro, sed tributa fuit jurisd. quam quivis vix ab Epo deputatus sibi vindicat in universa Dioe. Verum hujusmodi jurisd. licet vicario gnli competat in vi sui muneris tamen ea jurisd. natura sua est limitata circumscripta, et in totum ipsa dependet ab arbitrio Epi cujus potestati vicarius gnlis manet obnoxius. Quapropter juxta hodiernam Eccl. disciplinam Epi dioec. non vicarium gnlem habent, et ob paritatem rationis eodem vicarii gnlis ministerio utuntur archiepi, primates etc. Cum vero ex hactenus disputatis gnlis vicarius in universo territorio q. Epo subest, jurisd. habeat et Epi personam gerat et cum potestas archiepl. v. primatialis v. patriar. ultra fines dioecesis aliquando protendatur, hinc fit ut vicarius archiepi, primatis, patriarchae etiam ultra dioeceses eorundem nomine jurisd. eccl. exerceat.

Quemadmodum archiepi, primates, patriarchae, sic etiam Rom. Pont. suum Vicarium Gnlem habet, quatenus Romae Epatum gerit, sed hic vicarius Rom. Pont. singulari ratione institutus est. Nam Rom. Pontif. qua Epus Rom. est ipse suum Vicarium habet. At hic Vicarius Gnlis eligitur e Collegio Cardinalium, et cum ipse Rom. Pontif. universis Eccl. negotiis incumbat, hinc huic Vicario Gnli quasi eplis auctoritas committitur pro regimine Romanae Ecclesiae. Imo eidem Gnli Vicario datur in subsidium alius Epus titulo

Eccl: in partibus infidelium, qui Vicesgerens appellatur, et adjiciuntur etiam alii duo viri, quorum unus ex prælatis signaturæ Rom. solet deputari et negotiis civilibus incumbit, alter solet eligi inter advocatos Rom. Curiæ et criminalibus negotiis vacat. Hisce positis investigare juverit tum naturam tum limites illius auctoritatis, quæ generatim competit Vicariis Gnlibus

De natura auctoritatis Vicariorum Gnlium.

Inter juris nostri cultores v. ab antiquo solet agitari controversia et quidem magno animorum æstu quoad naturam auctoritatis Vic: Gen: utrum nempe hæc auctoritas sit delegata v. propria. Et hæc quæstio relate ad Vic: Gen: Romani Pontif. veluti finita videtur, cum omnes ejus jurisdictionem appellent ordinariam: Et auctores ad h. demonstrand hac ratione utuntur, quia nempe jurisdictio Vicarii Romani Pontif: perdurat adhuc Sede Romana vacante. Proinde asseritur, quod hæc auctoritas nequeat concipi ut mere delegata a Romano Pontif. Nam delegante vita functo, delegati jurisdictio extinguitur. Hinc ordinaria censetur auctoritas Vic. Gen: Rom. Pontif. Sed relate ad Vicarios Gnles ceterorum Eporum ab auctoribus Juris nostri v. maxime ambigitur, utrum auctoritas sit necne ordinaria. Nam horum Vicariorum jurisdictio tota pendet a natu

ipsiq Epi ē ipsa mortuo Delegante exspirat. Ergo ex h. patet hanc auctoritatē esse delegatā. Sed aliā ex parte munq Vic: Gen: constituitur ab ipso jure, in quo praeterea sunt cōstituta officia eidē pertinentia, ita ut vix, ac quis ab aliqūo Epō ad ī muneris fuerit deputatq, jā ipsi cōpetunt ea oīa jura huic muneri ex lege adhaerentia. Atqui in ipsi muneri auctoritas Vic: Gen: cohaeret, h. ipso haec auctoritas ordinaria dicenda ē. Ex h. patet, q. disputant DD quoad Vic: Gen: auctoritatis naturā. Sed tota haec controversia forte dirimatur, si perpendamq cōceptu auctoritatis ordinariae ē auctoritatis delegatae: nā potestas ordinaria nō opponitur potestati delegatae, sed solū potestati extraordinariae. Nā nulla existit difficultas cōcipiendi auctoritate adhaerente officio ē ideo ordinaria ē tamē nō derivata a X° sed potiq ab illo, qui ordinaria pollet potestate. E contra potestas ordinaria opponitur extraordinariae, quae nō officio, sed personis adhaeret, ut vidimq. H. posito facile cōponuntur extrema hujq controversiae. Sic breviter solvitur:

1° Notand q. auctoritas Vic: Gen: nō ē originaria, quia ē potestas vicaria, ut ipsū nomē probat. Ergo auctoritas Vic: Gen: ē auctoritas delegata ab Epō, cujq vices ipse

gerit. Hæc autem cõclusio cõprobatur sive de Vic: Gen: Rom: Dioeces: s. reliquar dioeceseon, quia X̃s nõ vicarios, sed Epõs posuit. Proinde auctoritas Vic: nõ ē originaria. Sed 2° notand q. tage auctoritas etiā ordinaria dici debet, quia adhæret muneri ē nõ tribuitur personæ. Q. cõprobatur tū quoad Vic: Gen: Romani Pontif: tū quoad reliquos. H. ē autem discrimē q. auctoritas Vic: Gen: reliquar dioeceseon delegata sit ad vitā Epī nõ quidē positive, quasi Epõ nequeat, si velit, Vic: removere suū, sed solū negative, quatenq Vicar: cesset, mortuo Epõ. Ergo repraesentatio Vic: Gen: in ceteris dioecesibq nequit excedere limites vitæ ipsiq Epī, sed contra Vic: Gen: Rom: Pont: usq ad electionē novi Pontif: protrahitur. I. factū ex singulari dispositione ipsor Rom: Pont: quor leges ipsis mortuis perdurant. Unde auctoritas Vic: Gen: dicenda ē simul ordinaria ē delegata. Q. mirifice cõfirmatur ex eo q. videmq huic auctoritati Vic: Gen: tributos eos characteres, qui manifeste monstrant utraq. speciē jurisdictionis ordinariæ nēpe ē delegatæ. Sane habemq

1° q. Vic: Gen: jurisdictionē exercet suā propter officiū a jure cõstitutū. Unde põ agere ea oīa quæ jure sunt definita.

2°. Habemq. Vic: Gen: posse nonullas causas alteri delegare. Porro hi characteres ostendunt manifeste auctoritatē Vic: Gen: ordinariā esse. At nō desunt characteres auctoritatis delegatæ. Sane

1° tota Vic: Gen: jurisdictio pendet ab Epo ē in specie ejusdē Epi arbitrio pō extendi v. coerceri.

2° Vic: Gen: in diœcesi dicit jq ē causas dirimit nomine Epi, ita ut uterq unū idēq tribunal cōstituat; ē hinc a sententiā, judicio late a Vic: Gen: nequit appellari ad Epū.

3° Demū si forte Epq supremū obeat diē v. si ipse jurisdictionē quocunq m° amittat, simul extinguitur potestas sui Vic: excepto Vic: Rom: Pont: Jā vero tres isti characteres satis aperte indicant, auctoritatē Vic: Gen: delegatā esse. E ideo cōcludi pō hujq potestatis naturā talē esse, ut una simul existat ē ordinaria ē delegata.

De limitibq auctoritatis Vicarioz Gēnliū:

Ita statuta auctoritatis natura abs re nō erit, ejq limites definire. Ac

1° ut diximq auctoritas hæc delegata ē, ergo Vic: Gen: tantū pō, quantū eidē commissū ē. Sed

2° auctoritas hæc, pariter ordinaria ē, ergo quæ inhærent

officio, nō egent speciali delegatione. Et ideo tributo officio Vic: Gen: censentur tributa, quæ cōpetunt officio eidē. Hinc adagiū: Tantū cōmissū, quantū nō exceptū. Verū nonnulla jura ēplia quæ nēpe respiciunt graviora dioec: negotia, ex dispositione ipsiq legis eccl: veluti subtrahuntur potestati Vic: Gen: Ergo hæc jura quoad graviora negotia nō cōferuntur per ordinariā deputationē ad officiū Vic: Gen: Hinc principiū: nihil præsumitur cōcessū, nisi expresse et specialiter fuerit cōmissū.

Isti generali loquendo limites sunt, quibq cōercetur potestas et jurisdictio Vic: Gen: Sed inquirend nunc ē, quænā specialis potestas cōpetat Vic: Gen:

Recolend primū ē Vicarios Gen: esse successores Archidiaconoq et ideo in h. munere nō posse attingere ea, quæ spectant ad potestatē ordinis ēplis. Sed Ēpi nomine Vic: Gen: potissimū jurisdictionē tantū habet supra universā dioecesim. Sed ēplis jurisdictio pō versari

1° circa negotia ordinariæ administrationis;

2° circa graviora negotia.

Iā vero Vic: Gen: vix atq ad h. munq fuerit deputatq, pō quæcunq ordinaria negotia regiminis sui peragere,

quia ipsū jus dat illi hanc potestatē, cujus vi in ordinariā administratione pōt procedere. Hinc pōt instituere in aliquo beneficio clericos a patronis praesentatos. Rursus pōt causas, quae ad beneficia spectant definire & alia capita ordinariae jurisdictionis praestare. Cū vero tota Vic: Gen: auctoritas ab Epō delegata sit, hinc h. gnle juris mandatū pōt ipse Epus pro lubito coercere, ita ut etiā in negotiis ordinariae administrationis possit iminui auctoritas Vic: Gen: Si vero agatur de gravioris momenti negotiis, tunc ex juris dispositione requiritur ōīo speciale Epi mandatū, ut eadē negotia valeat Vic: Gen: pertractare. Q. patet exemplo, desumpto a privato procuratore, qui licet sit constitutus ab aliquo, ut universis suis negotiis consulat, tamē in difficilioribus jus praecipit, ut ipse a mandante veniā habeat. Haec vero graviora negotia, quae nempe veluti ardua spectantur a sacris canonibus quaeque indigent speciali Epi mandato, plura sunt. &

1° judiciū ferre in causis majoribus ex. gr. criminalibus, in quibus poena gravis sit infligenda, ut illa depositionis, exilii etc. ac juxta DD. in eodē censu ponendae causae matrimoniales, in quibus de validitate vinculi agitur matrimonii.

2° Collatio beneficiorū eorūq. s. erectio, divisio, collatio, suppressio.

3° Visitatio dioecesis;
4° convocatio synodi dioecesanae v. capituli canonicorum Eccl: cathedralis.
5° Absolutio a casibus Epo reservatis et dispensatio ab irregularitate, quae ex occulto delicto dimanat. Tandem
6° concessio literarum dimissorialium ad ordines suscipiendos, nisi forte diu absit a dioecesi Epus. Haec recensent Auctt: et maxime Pellegrini in suo opere: „Praxis vicariorum" p. 1ª sect. 2ª
Porro Vicarii Gen: ad haec omnia praestanda specialiter ab Epo deputandi sunt et insuper debent expressam mentionem facere de hoc mandato.
Hinc DD distinguunt inter mandatum juris et mandatum Epi concessum Vicario Gen: q. alterum patere magis potest, quam primum. Sed h. speciali mandato, ut procedatur in gravioribus negotiis, non eget Cardinalis Vic: Urbis, qui ceteris Vic: jurisdictione praestat. Nam in Rom: dioec: ea omnia potest praestare, quae Epi in propriis dioecesibus, ita ut absque mandato Pontif: possit Synodum dioecesanam convocare, ordinare clericos ceteraque peragere, pertinentia s. ad potestatem ordinis s. jurisdictionis. —

De vicarioꝝ ḡliū designatione.

Ex dictis fluit Ēp̄os eos esse, qui Vicarios Ḡn̄les designant. Sed Concil. Later. IV. Ēp̄os simpliciter hortatū ē, ut sibi eligerent Vic: quoties per se nō valerent expedire universa negotia dioecesis. Quae dispositio cōditionata ē. Cū proinde Vic: Gen: totꝰ sit jure in Ēp̄i adjutoriū, seq/:

1° q/. si Ēp̄ꝰ per se unū rite possit gubernare dioecesim, ipse nullo videtur adstringi praecepto ad Vic: Gen: deputand. Q. si contra Ēp̄ꝰ nequeat per suo munere fungi, tunc tenetur uti Vicario Ḡn̄li. Cū autē h. ministeriū Vicario Ḡn̄li tributū sit a jure, ut cōsulatur bono dioecesis regimini, hinc

2° pō Ēp̄ꝰ uno v. alio m° hunc representationis suae gradū cōstituere. Hinc juxta varias cōsuetudines videmꝰ m° unū m° plures Vicarios Ḡn̄les designari. Jā vero juverit hac in re intimiꝰ inquirere, an designatio uniꝰ v. pluriū Vicarioꝝ Ḡn̄liū aeque nostro cohaereat juri, ita ut indifferens sit ad tramites Juris Can: designare s. unū s. plures Vicarios Ḡn̄les. At hac in re affirmari certo pō, nēpe designationē uniꝰ Vicarii Ḡn̄lis _magis respondere_ canonicis sanctionibꝰ. J. patet s. cōsideretur

Vic: Gnlē suffectu fuisse Archidiacono, qui generali ung erat s. præserti perpendamq loquendi rationē SS. canonū e præcipue Concilii Trid: q. utitur semper numero singulari. Hæc praxis viget præserti in Italia, ubi Epq habet Vic: cui attribuit s. jurisdictionē voluntariā s. contentiosā supra universā diœcesī. Unde unicq designatio Vica: ē sec: jq. Sed quæri pō, sitne pluriū Vicarior Gnliū designatio cōtra v. præter jq nec ne? Juverit in primis notare q. plures isti Vicarii Gnles variis mis possunt designari. Ac 1o plures Vic: possunt deputari, qui singulariter negotia expediant, ita ut v. cuiq Vic: comittatur integra in solidū jurisdictio e tunc ille Vic: negotia expediat, qui primq ea occupaverit, ceteris Vic: exclusis, ne cōfusio oriatur. V. pō cōferri hisce pluribq Vic: Gnlibq jurisdictio statutis ejqdē limitibq ē h. s. ratione territorii, assignando nēpe singulis aliquā diœcesis parte, s. ratione objecti jurisdictionis, ut alteri administrativa jurisdictio tribuatur, alii gubernativa, alii cōtentiosa, quæ exercetur in causis judiciali ordine dirimendis. E hic postremq mos designandi duos Vic: Gnles viget præserti in diœcesibq s. Galliar s. Belgii aliarq regionū, quæ ultra montes sunt. E alter

dicitur Gnlis, cui comissa ē jurisdictio voluntaria, alter officialis, cui demandata ē jurisdictio cōtentiosa.
2º. Possunt etiā deputari plures Vicarii Gnles, qui exercent jurisdictionē sibi comissā collegialiter, ita ut legis habeat vi, q. eoz major pars sanciverit. Hisce positis dico q. plurium designatio Vicarioz pollentiū jurisdictione singulariter exercenda, licet hæc designatio nō sit juri nostro admn cōformis, tamē dici nequit cōtra jus procedere, cū sæpe usu ē cōsuetudine cōfirmetur. Nā hæc cōsuetudo designandi plures Vic: qui singulari polleant jurisdictione, honesta ē laudabilis esse pō, utpote quæ melius cōsulat dioecesis regimini. Alicubi enī solent abundare negotia s. voluntariæ jurisdictionis s. cōtentiosæ auctoritatis, ita ut vergat in dioecesis bonū regime pluribus cōferre personis munus Vicarii. Demū moneo q. licet nō reprobetur hæc cōsuetudo, ubi ipsa legitima inoleverit, tamē Rmæ Congr: caverunt ne hujusmi cōsuetudo, ubi nō ē introducatur. H. patet ex quodā rescripto S. Congr. Epoz ē Regu: d. 3. sept. 1748, in quo statuitur q. nō liceat designare plures Vic: nisi ex Rom. Sedis indulto, ergo hæc cōsuetudo, ubi nō ē, introduci nō debet. Q. si

agatur de altero m° designandi plures Vic: exercentes collegiate jurisdictionē, tunc dico hanc designationē contra jus cōō esse. Nā ea mente institutus fuit a Conc. Lat. IV munus Vic: Gnlis, ut negotia Eccl: facilius terminarentur. Atqui negotia hujusmi potius retardarentur si a Vicarior collegio forent definienda. Adde q. pō Concil. Trid. administratio dioeceseon geri nequit per collegiū. Hinc Epō vita functo Canonicor collegiū nequit per se dioecesī regere, sed necessario Vicariū debet eligere suū, qui sede vacante curet expedienda, quæ ad Eccl. regimē spectant. Hinc Epus nequit plures Vic: constituere, qui collegiate habeant jurisdictionē.

Cæterū Epus in Vicario designando debet ad nonnullas respicere dotes a S. Canonibus statutas. Nā pluribus requisitis debet pollere Gen: Vic: ut ipse par sit huic muneri suo.

1° debet esse saltē prima insignitus clericali tonsura, nā vir laicus esset incapax gerendæ jurisdictionis sacræ.

2° debet cœlebs esse, ne curis familiæ distentus nequeat bonū dioeceseos curare.

3° Cū h. munus maximā exigat prudentiā, hinc ætas requiritur sufficiens, quæ saltē 25 annos attigerit.

4° Necessaria scientia huic muneri Vicarii, quæ patet

ex gradu prolytatus v. magisterii in S. Theol. v. Jure Cano. v. alio m° demonstranda ē.

5° Necessariū ē, ut Vic: Gnlis aliis officiis incōpatibilibus minime vacet, proinde Vic: Gnles renuntiari nequeunt s. parochi s. quotquot, cura habent animar. Pariter excluditur Canonicus Poenit: qui ē Epi Vic: in foro interno. Sā vero gravit̄ possit ingeri suspiciō in populo Xano, si hic externā quoq habeat jurisdictionē: suspicari eni posset q. ipse in officiō suo uteretur scientia habita in Poen. Tribu. De his vero fusius agend ē in superiori schola.

Verū Epus nedū Vicario comittit universā dioecesis jurisdictionē, sed etiā parte hujus jurisdictionis delegat in bonū Dioecesis, ex quo oriuntur Vicarii particulares. Societas Xana s. in Scr. s. in Tradit. saepe exhibetur sub imagine regni q. Epi regunt ut principes; aliquando cōparatur familiae, quā Epi moderantur, ut patres. E merito, quia finis societatis Xanae ē aeterna hoīm beatitas, quae nō tantū integrā comunitate, sed etiā singula afficit membra. Hinc Epi ob hanc duplicē repraesentationē m° principes m° patres nuncupantur ē comuniter pastores dicuntur, quod munus amplectitur tū q. principis ē, tū q. patris.

Sane pastor agit qua princeps, cū universi gregis curā suscipit ē gregē gubernat; agit qua pater, cū singulos nutrit, ægrotos sanat, errantes ad ovile reducit. Tā h. duplex officiū, licet sit inseparabile in personis Epōꝝ ē Vicarioꝝ Gnliū, tamē separatur in personis Vicarioꝝ particulariū, quoꝝ nonullis Epūs comisit aliquā externæ auctoritatis parte, aliis aliquā parte suæ paternæ sollicitudinis ac domesticæ oeconomiæ. Hinc 2ex genꝰ Vicarioꝝ particulariū, quoꝝ alii dicuntur guberna-re aliquā dioecesis partē vocanturqꝫ Vic: Foranei, quia foris seu extra locū, ubi constituta ē ēplis sedes, vicaria exercent potestatē; alii animas curare dicuntur ac parochi nominantur. De his porro singillatī agendū nobis ē.

De Vicariis Foraneis.

Analogā sequentes methodū, qua usi sumꝰ in munere determinando Vic: Gnlis, 1ū originē Vicarioꝝ for: investigabimꝰ eoꝝqꝫ exhibebimꝰ conceptū; 2º statuemꝰ principia, quibꝰ eoꝝ regitur auctoritas; 3º Innuemꝰ jurisdictionē, qua ipsi pollent. Ē sic tractationē elementarē quidē, sed absolutā exhibebimꝰ de munere Vicarioꝝ foraneoꝝ. –

De origine ac conceptu Vicarior. foraneor.

Sciend. ē qd. cū Dioeceses ordinarie loquendo nō una circumscribantur civitate, sed etiā in finitimis territoriis sese protendant, hinc v. ab antiquissimis temporibq visū ē expedire bono Eccl. si Epi quosdā delegarent quos particulares Vicarios, qui s. in suburbiis s. in pagis s. oppidis dioecesis eplem potestate repraesentarent. Qui antiquitq dicebantur chorepi i.e. regionis inspectores ē reapse statuti erant veluti regionis inspectores, v. oppidi, cui ab Epo erant delegati. Relate ad Chorepos controversiā agitur penes DD. praesertī ante Bened. XIV cū acriter disputatū sit, utrū ipsi presbyteri essent v. etiā Epi. Et alii quidē dicebant eor. ordinē fuisse eplē, quia ut patet ex Eccl. monumentis, aliquando ipsis commissū fuit cū veniā Epi dioec: nedū minores, sed ē majores ordines, diaconatū ē presbyteratū nempe cōferre. Contra alii tenent ordinē Chorepor. fuisse tantū presbyteralē, quia ex monumentis Eccl. cōstat nonnullas functiones ordinis eplis fuisse ipsis penitq interdictas.

Sed hanc cōtroversiā diremisse videtur Bened. XIV (de Syn. Dioec: III. 3) qui cōstituit gradū Chorepor. ordinarie fuisse presbyteralē, aliquando vero, extra ordinē, fuisse eplē.

Q. postremū cōtingebat, cu Epi v. iniquis v. etiā justis de causis a propriis Ecclesiis remoti in alias dioec: sese recipiebant. Tunc Epi dioec: utebantur hoz ministerio Epōz hospitū in suas dioec: iisq committebant quandā repraesentationē auctoritatis ep̄lis in illis pagis v. oppidis, ubi commorabantur. Hinc officiū Chorepōz q. nēpe Epi ordinarie solebant presbyteris committere, in extraordinariis casibq illud cōferebant Epis, qui in suas dioec: cōfugerant, ea mente, ut ab iis, qui charactere ep̄li insigniti erant, adjuvarentur Epi, in iis, quae nedū ad jurisdictionē spectabant, sed etiā ad ordinē. Ita Bened. XIV cōposuit cōtraria Eccl. monumenta, quae tribuunt Chorepis m° auctoritatē presbyteralē solū, m° etiā ep̄lē, prout nēpe monumenta illa respiciunt v. casū ordinariū, in quo Chorepq erat tantū presbyter, v. extraordinariū, in quo erat Epq. Verū hi Chorēpi de sua dignitate superbire coeperunt, ita ut ipsoz jura Epōz auderent usurpare eozq imperiū detrectantes, nō amplq ut ep̄les Vicarii, sed potiq ut veri Epi se gerere videbantur. Quare eoz munq abrogatū fuit. Sane v. a saec. VIII per cano: sanctiones cautū ē, ut hic gradq sacrae jurisdictionis sensim sine sensu diminutionē pateretur ē tandē oīo abrogaretur, q. saec. X evenit. Tamē penes nonnullas Eccl: orientales

habentur Chorépi designati ab Epõ illis peculiaris ritg: sed h. mung tantũ honorificũ habetur. At nõ ē putand q. Epi in suis dioec: carerent vicariis, qui gubernativã jurisdictione in praecipuis pagis v. oppidis ejsdẽ dioec: exercerent. Postea his Chorepis suffecti sunt Vic: foranei, de quibg inuit s. Inno. IV in Conc. Lugd. s. Clemens V in Conc: Vienn: Porro hic gradg oli concessg fuit quibgdã eccl: dignitatibg v. Archipresbyteris v. Archidiaconis, degentibg extra civitate epãle v. Decanis ruralibg. Postea viris ecacles: arbitrio Epi dioec: mung vicarii for: demandatũ ē. Unde hodie singulae dioeceses solent distingui in tot minores Ecclesias, quot sunt praecipua oppida in dioeces: territorio sita ē prout singulis dioecesibg ung praeficitur antistes, ita etiã singulis dioecesibg particularibg quodãmmº praeē Vicar: For: qui Epi vice fungitur in coñunitate illa, morante in illo oppido v. regione. Q. statutũ ē in bonũ populi xani, ne sc. subditi ob leviores quisq/ causas cogerentur adire ipsũ Epũ. Ē ergo Vicar. For: presbyter v. saltẽ clericg, qui extra civitatẽ epãlẽ in certa dioec: parte auctoritate gubernativã exercet ipsi ab Epo delegata.

De principiis, quib9 regitur auctoritas Vicarioz Fora:

Statuend q. auctoritas Vicarioz For: ē certe delegata, ut ex nomine liquet. Eādē auctoritas lato quidē sensu dici ordinaria pō, qua in bonū regiminis dioecesani ordinario cōceditur v. qua ordinariā dioecesis oeconomiā respicit. At nequit talis dici sensu strictiori, qua nēpe officio adhaereat. Nō eni Vicario For: ex gnli Juris Can. dispositione quaedā cōpetunt jura determinata, ut cōpetunt Vicariis Gnlib9. Sed in jure nostro h. officiū in totu regitur Epi voluntate, ita ut Vicari9 For: solū possit ac tantū, quantū eidē Ep9 demandarit. Patet ex litteris s. diplomate, quo solet Vicari9 For: ab Epo suo muniri, ubi habetur expressa voluntas Epi in hoc Vicario For: designando ē quā auctoritate eidē cōtulerit. Unde principiū illud: „nihil Vicario For: praesumitur cōcessū, nisi ex litteris probetur". Monend quoq ampliores ab Epis solere facultates cōcedi Vicariis istis extra Italiā, quā in Italia. Nā excepto casu judicandi causas levioris momenti, in reliquis Vicari9 For: potiq vigilantiae cura, quā vera solet administratio committi. Haec sunt principia, quib9 istoz auctoritas Vicarioz fulcitur. —

De Vicarior. Fora: auctoritate in specie.

Etsi Vicarii For: fuerint Chorepis suffecti, nō iisdē tamē atq illi, facultatibq pollent: nā Chorepis amplior certe cōpetebat jurisd: cujq vi poterant ipsi s. in synodis suffragiū ferre s. Eccl. sibi subjectas visitare s. clericis sibi subditis literas dimissorias dare s. tandē in illos delinquentes animadvertere. Sed hæc nō cōpetunt Vicariis Fora: Hor. auctoritas ad certas tamē nequit reduci regulas, cū nō sit a jure comuni definita, sed mo major ē, mo minor, ex arbitrio Epi. Ordinario vero cōfertur Vicariis his quædā judicialis auctorites, nō pro dirimendis causis criminalibq, de quibq tantū debent notitia suscipere ac delicti cano: cōficere processū, quē debent remittere Vicario Gnli. Quoad alias causas ipsi possunt eas cognoscere eaq sententia terminare, quoties agatur de rebq levioris momenti. Sed in casibq, in quibq judiciis partes agunt, ab ipsor. sententia judiciali pō ad Vicariū Gnlēm v. ad Epū appellari. Nā tribunal Vicarii For: ob loci distantiā consideratur in jure nostro ut separatū a tribunali Epli, unde datur appellatio.

Sed præter hanc judicialē potestatē incubit Vicariis istis quædā vigilantiæ cura, maxime officiū inspiciendi actiones tū cleri tū populi, monendiq Epū de eo q. minq recte actū sit. Tandē

solet ipsis demandari decretor. executio eplium ceterorq expeditio munerum, quæ ab Epo ipsis committuntur expedienda.

Hæc quidē Epq ut princeps committit Vicariis Fora: Sed insuper Epq ē etiā pater fidelium. Sub quo respectu ipse suos filios amplectitur, quos per Bapt: parturiit, per Sacr: nutrit, per verbi div. prædicationē instituit, deniq monitis et correctione in officio cōtinet. Porro optimū visū ē bono Ecclesiæ regimini, si aliqua hujq paternæ sollicitudinis pars committeretur viris eccl. qui in jure nostro designantur nomine parochor. Sit itaq articulq sequens

De Parochis

ubi breviter determinata ipsor origine, natura eor auctoritatis explanabimq, tandē munera atq officia, quæ ipsis competunt, singula veloci pede percurremq.

De Parochor origine.

Paterna sollicitudo s. animar cura in familia Xana potissimū videtur ad duo ordinata, nēpe ad verbū Dei prædicand atq sacramenta administranda. Cū vero presbyteri ex ipso jure div. in his duobq munerībq sint veluti Epi coadjutores, hinc h. viguit principiū, q. Epi in gerenda animar cura ad tramites divini juris usi fuerint presbyteror ministerio. Sed tamē nō semper

eadē fuit hac de re disciplina eccl. Nā primis Eccl. temporibꝰ in singulis dioec: habebatur unica Eccl: cathed. cui integer clerꝰ dioec: erat incardinatꝰ, ut quilibet clericꝰ juxta gradū suū ministerio fungeretur. Porro ad hanc Eccl. cathed. universa cōfluebat multitudo populi, ut verbū Dei audiret ē sacramentis participaret. Cū res ita se haberet, nō unꝰ, sed oēs presbyteri adlaborabant proprio Epo. Tantū ad Xnæ plebis salutē extra ordinē Epꝰ mittebat quosdā presbyteros ut in locis quæ longe distabant ab Eccl. dioec: fideles instruerent aleventq; sacramentis. Sed vix atq; implevissent munꝰ, illico ad Eccl. cath. revertebantur. Hinc a Græcis periodeutæ s. circumsatores. Ē hæc disciplina viguit usq; ad finē sæc. IV ē forte ad initiū V. Sed cū adauctꝰ fuerit numerꝰ fideliū, nimis incomodū visū ē, ut qui longius ab Eccl. cath. comorabantur, deberent v. ad ipsā accedere v. non nisi extra ordinē presbyteros expectare, ut audire possent prædicationē Verbi Dei ē de sacramentis participare. Hinc cœperunt ab Epis deputari presbyteri, qui ordinariā animaꝝ curā gererent. Tunc variæ erectæ sunt ædes sacræ nomine tituloꝝ designatæ, quibꝰ titulis singuli cōstituti fuere presbyteri qui curā haberent fideliū circa titulū habitantiū. Hi presb:

aliquando vocati sunt Cardinales, ut cardines nempe Ecclesiae affixi v. presbyteri vica: s. vicor. v. presbyteri ruris, et sic dicti sunt a loco in quo jurisdictionem exercebant suam v. etiam plebani v. rectores, ob officium quo fungebantur regendi Xanam plebem; v. archipresbyteri eo q. ceteris praestabant presbyteris in iisdem locis morantibus praefatisq. oratoriis addictis. Demum dicti sunt parochi eo q. certa pars dioec: a superiore determinata, quam ipsi regebant, parochia v. paroecia dicebatur. Tamen aliquando paroeciae nomine universa designabatur dioecesis. - Quae disciplinae temporis tracta recepta etiam fuit in civitate episcopali in qua praeter Eccl. cath. alii tituli recepti fuere, ut factum est Romae. Unde ipsa civitas episcopalis in plures regiones distributa est, in quarum singulis aedes sacra constituta presbyterque est praefectus ea mente, ut societatem illam s. melius familiam illam, quae in determinata regione domicilium habebat, in spiritualibus negotiis moderaretur. Hinc factum est, ut sicut Eccl. universalis in plures dividebatur dioec: ita singulae dioec: in plures paroeci: fuerunt distinctae. Ad tramitem cujus disciplinae etiam in Urbe per Evaristum Pp. saec. II plures tituli erecti sunt singulisque praefecti viri eccl. qui Rom. clero addicti erant s. incardinati, proinde ipsi v. ab antiquissimis temporibus cardinales appellabantur S. R. E. - Sed haec institutio Romae peracta singularis prorsus evasit tum quoad speciem istorum titulorum tum praesertim quoad gradum jurisdictionis, demandatae S. R. E. Cardinalibus.

De titulis cujusque exploratum est hujusmodi titulos non solum fuisse presbyterales sed etiam diaconales. Primi erant R. E. Presbyteris concredita, ut, ipsi in his Ecc. spirituale

curā susciperent plebis circūmorantis ē h. ordinaria ratione, ut nēpe sacris preeessent cōventibꝰ ac sacramenta ministrarent. Tituli vero diaconales s. diaconiæ erant domꝰ hospitales, erectæ s. pro infirmis s. pro pauperibꝰ generatī hisq/ domibꝰ adjacebant oratoria. Diaconiis præerant diaconi Rom. cleri, qui Eccl. peculiū administrabant in bonū pauperū ē infirmoꝝ.

De utroq/ numero monemꝰ, qꝫ initio videntur fuisse XXV tituli presbyterales, VII diaconales, nēpe pro VII Urbis regionibꝰ, quas Fabianꝰ Pp. sæc. cōstituit. Progressu temporis auctꝰ ē hic numerꝰ juxta Rom. Pont. arbitriū ē demū a Rom. Pont. Sixto V per Constit. „Postquā" determinatꝰ ē, ita ut hodie habeentur 50 presbyterales tituli; XIV diaconales. Cardinales presbyteri a titulis suis nomē accipiunt. Postea idē factū ē pro diaconis. Hinc ex. gr. Card. Diaco: tituli S. Mariæ in Via Lata, licet antiquitꝰ appellarentur diaconi regionales; nēpe I^æ^ regionis, II^æ^ etc.

Alterū discrimē in auctoritate sita ē, qua pollent Cardd. in titulis suis. Nā eoꝝ auctoritas nō unā curā animaꝝ spectabat, veluti parochi in singulis Eccl: sed hæc auctoritas in suis titulis visa ē transire in potestatē quasi ēplē. Nā ita aucta ē illustrata fuit cardinaliū s. presbyteralis s. diaconalis dignitas, ut in subjectū populū tituli sui gererent sese nō ut simplices parochi, sed ut Epi ē revera jura Eplia exercerent. Nō tamē adhuc cardinaliū dignitas ēpli antecellebat, ita ut ante sæc. XII

nullus Cardinalium inter Epos fuerit cooptatus. Sed cum sub Alex. III in Conc. Later. III a. 1179 facultas creandi Rom. Pontificem exclusivo jure tributa fuit Collegio Cardinalium, factum est, ut a saec. XIII ob tanti muneris praestantiam et amplitudinem S.R.E. Cardd. obtinerent secundum gradum in eccl. jurisdictionis hierarchia ideoque praeferrentur ipsis Epis.

Hinc videmus factum esse, ut in Conc. Lugd. I a. 1245 S.R.E. Cardd. nedum privilegiis Eporum gauderent, sed singularibus ornarentur praerogativis. Sed monendum quod haec quasi epalis auctoritas, quam Cardd. in titulis suis exercent, deinceps imminuta est, cum nempe populus non amplius subjaceret titulis cardinalitiis, sed parochis suis. Ita in titulis Ecclesiarum s. presbyteralibus s. diaconalibus unus tantum clerus permansit. Et juxta hodiernam disciplinam per Const. Pii X: „Rom. Pontifex" Cardinalibus in titulis suis pertinet jurisdictio in iis tantum, quae ad eccl. servitium referuntur.

§ De natura auctoritatis parochialis.

DD. juris nostri quaestionem movent relate ad originem hujus auctoritatis et quaerunt, quo ex jure profecta sit parochorum auctoritas, utrum nempe ex jure divino an eccl. Jam vero certum est, auctoritatem paroch. totam dimanare ex jure eccl. Nam Xus ad regendam Eccl. suam non Parochos sed Epos posuit. Verum quidem officium parochorum virtualiter contineri in officio Epali, sed paroeciae fuerunt institutae ex jure disciplinari Eccl. Ergo Parochi nequeunt jactare aliquam divin. originem, unde eorum auctoritas non est originaria, licet ab origine mandata. Sed a quo delegata fuit? Ipsa nonnisi ab Eporum potestate delegata est; parochi enim sunt Eporum vicarii in ordine ad pa-

Praeter concilia gn̄lia, quibus universae Eccl: saluti consulitur e bono, celebrantur etiā conc: provin: quae ex coetu Epōr e cleri uniꝯ provin: pro instauranda eccl. discipl: ejꝯdē provin: a Metropol: convocentur. Nō soli Epi, abbates aliiq voti decisivū habentes debent ad provin: synod. convocari, verū etiā capitula Eccl: cathedraliū expedit ad eandē acciri atq invitari ut consulantur, laicos vero quacunq dignitate fulgentes synodis provinc: nunquā intervenire consuevisse docet Bened. XIV. De Synodo D: III. 9. Excipit tamē, si contraria consuetudo invaluerit aut ab Epīs ex aliqua rationabili causa libere e sponte invitentur aut illoꝝ presentiā reꝝ circumstantiae forsā exposcant, ut si de rebꝯ

politicis principe et populo respicientibus tractanda sit. Hinc apud ipsum refertur, summos pontiff. Pium IV et S. Pium V vetuisse, ut quispiam nomine regio admitteretur ad Synod: prov: Toletanam eo tempore indictam. Cum vero Synodus antea fuisset celebrata, quam illuc ea prohibitio pervenisset, cumque subinde aliud simile Concil: praesente legato regio 1582 a. fuisset Toleti celebratum, S. Congr: Conc: noluit illius decreta approbare, nisi prius legati nomen ex Conc: actis expungeretur, ac tandem post multas disceptationes Greg: XIII litteris 26 jan: 1585 in forma brevis datis nomen regii legati ex praefato Concil: omnino deleri mandavit. Ex iisdemque momentis eadem S. Congr. Conc: subinde in alia causa Toletana respondit, gubernatorem aliosque laicos non debere Concilio prov: interesse, nisi a Synodo fuerint invitati et alia quae in hanc rem luculenter de more refert et disputat Bened. XIV c. l.

Pro instauranda eccl. discipl: nam in Concil. prov: non possunt definiri controversiae ad fidem spectantes multoque minus edi decreta sanctionibus apostol: adversantia, sed solum edenda sunt Constitt. quae provinciae utilitatem respiciunt. A metropolita vero, cujus nomine venit quicunque sub se alios habeat Epos suffr. Hinc non potest Antequam antiquior Eporum Synodum celebrabit, imo etiam legatus a latere Metropolitanos et alios clericos provinciarum sibi subjectarum poterit ad synodum convocare.

Ad Synodū Dioeces: convocari ab Epō debent: 1º ii ōes in partē curae pastoralis assumpti. Hinc Vicar: Gńles, archipresb: vicā: foranei, parochi, archid: canonici ii q qui habent aliq beneficiū, quū aliquando ad Synodū dioeces: vocantur etiā clerici inferiores, praesertī quando de aliquo negotio agend ē q. universū clerū afficiat. Vocari quoq debent ōes abbates s. regulares s. saeculares, qui quasi nullius sunt ē territoriū habent infra provinciā. Si enī nō Epis sed potiq parochis cōparantur, quia ē vocandi sunt ōes exempti, qui exemptione sublata cōvocarentur. Excipiendq casq ē quo abbates isti regulares, exempti ab Epi jurisdictione, subjecti sunt capitulis monasterii. Hi in casu advocari nō debent ad Synod. nisi forte curā gerant animaq. Qūa constituit Trid. XXIV. c. 2. de refor. Loquend mº ē de tempore, quo Synod: cōvocatio facienda ē.

Si de Oecum. Conc: sermo sit, nullū determinatur in jure tempq pro habenda hac Synodo, sed i. pendet a Romi Pontif. prudentia ē arbitrio, qui tunc eā cōvocabit, cū viderit esse necessariū bono Eccl: v. saltē utile. . Quoad Conc: particul: varia fuit Eccl. disciplina. Inutile ē de synodis nationalibq agere, provincialiā 1º bis in anno celebrabantur, deinde justis de causis statutū ē, ut semel in anno cōvocarentur, tandē ex decreto Trid: l.c. mandatū ē, ut quolibet saltē triennio Synodi prov:

congregentur. Sed hodie ita immutata hæc lex ē, ut Concil: provin: fere nunquā habeantur; licet in nonnullis locis rursq hæc Concil. revocentur.

4° ut eo modo ac forma deliberetur, qua deliberari debet.

Evidens vero est, illum praeesse debere qui princeps concilii est. Romanus autem Pontif. princeps est collegii omnium Eporum; patriarchae, primates et metrop: principes sunt nationis, regni, provinciae; Epus princeps est collegii omnium clericorum suorum, proinde Rom. Pontif. praesidere debet Conc: Gnli; patriarchae, primates, metropolitae synodo nationali v. provinc: Epus synodo dioecesanae. At quo jure ii praesunt synodo? Rom. Pontif: et Epus synodo praesunt jure divino, alii vero jure eccl:

De iis qui interesse debent: Ii ad synodum interesse debent, qui ad illud spectant collegium quod convocatum est. Si vero quis impedimento laboret, quominus ad synodum convenire possit, procuratore uti valet, qui tamen ad synodum admittitur non eo auctoritatis gradu, quo pollet Epus, qui eum mittit. Ordinarie autem a Synodo istis conceditur procuratoribus vox consultativa, non vero deliberativa. Quaeri solet:

1° quinam numerus sit necessarius ad concilium habendum?

2° quas partes sibi vindicare debent qui ad concil: conveniunt.

Primum determinari praecise nequit, rei tamen natura inspecta, determinari facile potest. Ita vero synodi ideo congregantur, ut omnium pastorum universalis agnoscatur voluntas, s. universalis Eccl. sint, s. particularium Ecclesiarum. Haec autem universalitas duo necessario requirit: 1° ut ille praesit, qui princeps concilii est, secus non haberetur unitas

2° ut tot conveniant v. tanta auctoratis, ut possit dici: pastor. cōsensu ita decrevit. Duplex universalitas: formalis e materialis. Prior ab eo derivatur, qui praē, altera a sufficiente membror. numero. Si sermo sit de synodo gnli e dioeces: m° adsit formalis universalitas, eadē ratio e legū auctoritas. Quia Rom. Pontif. e Epi sunt veri legislatores, hic quidē in Eccl. particul: ille in universali. Ita propter licet perpauci convenirēt Epi in synodū cū Rom. Pontif. legesq. conficerent pro Eccl. universa, hæ leges valent quidē ac si in gnli Concil. latæ essent, licet Concilū Oecum: definitiones nequeant dici. Idē e de Epo dicend. nō vero de synodo provin: quia metropol: legislator in provincia nō e

Ad 2ᵘᵐ: quas partes sibi vindicent convenientes, dico qd quidā tantū cōsiliū praebent e voce tantū consultativā habere dicuntur. Alii judiciū ferunt e hi voce habent deliberativā. Ratio e quia inter eos, qui ad synodū conveniunt, nonnulli sunt, qui in Eccl. jurisd: nō habent. Hinc merito sancitū e, ut hi neq. deliberent in Conciliis neq. gubernent in Eccl. Quare procuratores in Synodo Gnli gaudent voce tantū consultativā, quā habent etiā viri in S. Theol. e Jure Eccl. periti. –

In Concil. Provin. consultativā voce habent missi ab iis, qui deberent convenire, ut e deputati ab capitulo Eccl. cathedr. qui senatū

Epi constituunt.

In Synodo dioeces: habentur oes ut consiliarii Epi, proinde vocē habent tantum consultativā. Oēs vero Epi ē qui eis dignitate comparantur vocē habent in synodis deliberativā. Hi enī jurisd. habent in societate Xana; hinc eis datā ē ut deliberandi polleant potestate.

De iis quæ deliberari possunt. Cū eccl: jurisdictionis obj: v. circa dogmata v. circa discipl. versetur, hinc proponi in synodis possunt causæ v. dogmaticæ v. disciplinares. Ut aute h. determinetur, distinguendæ causæ sunt, quæ universā respiciunt Eccl: ab iis quæ Eccl. particul. respiciunt. Rursū in his particul: causis distinguendæ sunt illæ, quar judiciū auctoritati supremæ reservatū ē, ab iis, de quibq judicare pō dependens auctoritas. Ia vero causæ dogmaticæ universā afficiunt Eccl. fides ~~...~~ una ē. Causæ aute disciplinares aliquando universalē, aliquando particularē afficiunt Eccl. Quare quoad fidei dogmata atq universalē discipl. causæ eccl: a Synodo Oecum. definiri debent. Causæ vero partic: in synodis particul: definiri possunt.

Nihilominus quædā existunt causæ, quæ licet natura sua particul. afficerent Eccl: tamē positiva legis dispositione supremæ judicio auctor. reservatæ sunt. Sunt aute causæ ejqi praesertī consecrationes ē renunciationes Epōr, sedium eptur erectiones ē suppressiones; SS̄ canoni-

sationes aliòq q. majoris momenti, quoq antiquitq cognitio & definitio synodi erat provin. Ex dictis haec regula statui posse videtur: obj Synodi gnlis ē Eccl: universae statq s. ex parte dogm. s. ex parte disc: objectu vero deliberationis synodoq partic: ē Eccl: partic: disciplina, iis tamē causis exceptis, quae Rom: Pontif. judicio reservantur.

At qua forma deliberand ē? Juxta communē canonistaq sententiā forma celebrationis Conc: in eo sita ē, ut ea vitentur, quae canones & decreta oīo infirmarent, hinc

1° removenda ē quaecunqs violentia, ut libertas sit in judiciibq. Acta enī per vī & metū posita jure ipso irrita existunt, quare acta Conc. Ephes. II quae a PP. per Dioscorū extorta fuerant, nihilqs unquā valuerunt, imo ea synodq latrocinii nomine nuncupata ē.

2° fraus & dolq removeri debent, secq enī genuina nō haberetur PP. sententia, quare Hiero: ita loquentes inducit PP. Arminenses contra Luciferanos: putavimq sensū congruere verbis nec in Eccl: Dei, ubi simplicitas, ubi pura cōfessio ē, aliud labiis, aliud corde proferre, & concludunt: decepit nos bona fide de malis aestimatio, unde haec acta nullū pondq habent.

3° requiritur, ut ante judiciū habeatur sufficiens praeparatoriū examē, unde scimq v. in ipso Apost: concilio magnā cōquisitionē factā esse, quae examinis necessitas ex eo pendet,

q. XI Ecl.ma per assistentiã, nõ vero per revelationẽ v. inspirationẽ praesto sit.

De Synodor cõfirmatione,

Põ Synodi celebrationẽ ejq dẽ req. cõfirmatio, quae ratihabitio ẽ autoritativa s. legalis eor quae in Synodo acta sunt, quare hic quaeri solet:

1° an necessaria sit synodor cõfirmatio, ẽ 2° quatenq affirmative, a quonã sit peragenda?

Ad quae duo ut accurata detur responsio, a Synodis synodi distinguendae sunt. Jã vero si de Synodo gẽli sermo sit, necessaria omõ ẽ Romi Pontif. cõfirmatio, ut ejq decreta vi habeant, i. patet ex ipsa rei natura nec nõ ex oĩu Conciliorq facto. PP. enĩ solliciti semper fuerunt de hujq.mi confirmatione petenda, uti videre praesertĩ ẽ in epistol: a PP. Nicaenis ad Sylvestrũ data, in qua haec leguntur: quidquid cõstituimq, oramq, ut vestri oris cõsortio cõfirmetur - Labbe V col. 248 - nec nõ in relatione PP. Chalcedo: ad Leonẽ - Labbe IV - col. 1778. ubi habetur: ẽ aliã quadã pro rer ipsar ordinata quiete ẽ propter eccl: statutor definivimq firmitatẽ, scientes quiã ẽ V. Sanctitas addiscens ẽ probatura ẽ cõfirmatura ẽ eadẽ. Jd ipsũ habet Marcianq pene iisdẽ verbis ad eundẽ Pontif. - Js. quidẽ cõsentaneũ

cum ē antiqua regulae. Corr: H. E. II. c. 8. p. 74 Ed: 1747
incipiens: canō eccl. vetat, ne decreta absq sententia Epī Rom.
Ecclesiae sanciantur. Licet proinde cōfirmatio tempore postrema
sit, valore tamē juris praecipua ē -convocatio cui spectat sancti-
nitum, praesidentiā, acta. Confirmatio vero integrū opg amplectitur
atq in suo esse formali cōstituitur.

De Synodo nationali ē provinciali quae: an necessario sit patriar.
primat: v. metrop: cōfirmatio? Respondeo, negative. Relatio
enī inter hos dignitarios ē suos Epos eadē nō ē atq illa, quae
inter Rom. Pontif. ē universi orbis Epos existit. Quare licet in Conc.
Gen. Rom. Pontif. judicium requiratur, necessario tamē nō ē
Patriarchae, Primatis ē Metrop: cōsensq, ut illae synodi prov.
v. nation: vī habeant. Praeterea cū canones eccl. jg nō concesse-
rint hisce praesulibg synodos acta cōfirmandi, neq: ne divi-
na lege neq eccl. sanctione i. juris ad eos pertinere

Sortiuntur ergo haec Concilia vī suā absq Prim: Patr. v.
Metrop: cōfirmatione. Verū licet hisce in rebg Concilia, quae ple-
rūq versantur circa particularium Eccle: disciplinā, cōfir-
matione nō egeant, Jg tamē nostrū sedulo curavit, ut
decretis advigilaretur. Sane pō restitutionē praeserti disci-
plinae a PP. Trid. facta, periculū esse poterat, ne discipli-

nec eccl. statq innovaretur perq synodos particul: decreta turbaretur. Hinc Xistq V Constit: Immensa a. 1583 S. Congr. Concilium demandavit, oia provincialia Concil: examinandi et illaq, si opq fuerit, corrigendi. Q. tamē nullā tribuit approbationē, cū munq hujq Congr: sit errores, si qui apparuerint, expurgere. Exceptio fit quoad Concilia Mediol: quæ probari solent fortasse ob reverentiā erga D. Carol. Bor. maximi hor Concil: celebrandor fautoris. Aliquando etiā cōtingit, ut Metrop: sponte petant a Rom. Pont: cōfirmationē, quæ solet nonnunquā indulgeri. Quin antiquitq eæ Synodi particulares de quæstionibq fidei etiā cū decernerent, acta Romā cōfirmanda mittebantur. I. asserit Inno. I testaturq Prosper. Hodiè tamē, ut notat Bened. XIV. in hisce Conc: fidei quæstt. nō tractantur. Hinc vero admū Conciliōr acta hor ad Rom. Pont: mittuntur cōfirmanda.

De Synodo Dioecesana.

Ad Synodū Dioeces: q. spectat, cū Epq princeps sit in sua dioec: in qua jure proprio facultate habet cōdendi leges, hinc dioec: Synodi nullā exigunt Rom. Pont. cōfirmationē, sed ex epi tantū approbatione legalē cōfirma-

tionē suā mutuantur. Solent tamē Epi, ut ē apud Bened. XIV acta ista Romā transmittere atq viro alicui Juris Eccl. perito comittere, ut de rectitudine legū in Synodo sancitarum certiores fiant.

De Conciliorum auctoritate.

Conciliorum auctoritas varia ē juxta variā eorūdē naturā. Hinc alia ē in Conc: Gnlibus, alia in particularibus. Pauca de singulis. Antiquitus nullū dubiū erat de auctoritatis identitate s. Concilii Oecum: s. unius Rom. Pont. At saec. XIV. cōtroversia nata ē de Rom: Pont: auctoritate relate ad Conc: utrū superior cēsenda esset an inferior. Ut vero hanc dirimamus quaest. oportet h. Concilium cōsiderari tū separatū, tū cōjunctū cū Rom. Pont: In priori hypothesi certū ē, Conciliorum auctoritate inferiorē esse auctoritate Rom. Pontif. Etenī Epi h. m° collecti nec valerent ad Concil. Gnle legitimū cōstituend: esset enī acephalū neq Epi repraesentare ullo m° possent Eccl. universalē, quae una ē. Hinc ipsi absq capite suo adunati, unitate supplere nō possunt, deficiente parte nobilissima ē necessaria, nēpe universalitate formali. Quare in hac hypothesi in tali Synodo nō haberetur nisi quaedā auctoritas particularis ē dependens.

Si vero consideretur Concil. cum Rom.° Pontif. conjunctum, dubium de superioritate non manet, nisi in eo, quod Epor. auctoritates addantur auctoritati Rom.i Pont. Qui conceptus omnino falsus est, nam ad hujus Concilii auctoritatem dimetiendam fieri non debet auctoritatum summa particularium, sed ea est, quae ex singulorum aggregatione coalescit. Quo in casu Rom. Pont: neque supra neque infra Concil. est, sed in Concil. i.e. ceu in corpore caput, quod veluti commune unitatis centrum in se omnes auctoritates conjungit. Hinc positis ad quaest: propositam dico, eandem prorsus competere Rom.° Pontif. auctoritatem, quae Concilio competit Generali.

Quare decreta ex utroque fonte dimanantia ejusdem est prorsus auctoritatis habere debent. Hinc decreta Conc: Oecum. quemadmodum Romanorum Pont. Constitt. universam obligant Eccl. Cum vero Deus singularem assistentiam Ecclesiae suae praesto sit, sequitur hasce leges ab auctoritate suprema constitutas, in re dogmat. omnino infallibiles, in re discipl. sapientissimas. Hinc duo sequuntur corollaria.

Corollarium I. Concilii Generalis decreta ut et illa Rom.i Pontif. esse prorsus irreformabilia. Sed haec irreformabilitas diverse procedit in re dogmat. atque in re discipl. In priori enim casu haec irreformabilitas absoluta est omnes ei subesse debent, hi etiam, qui eam constituerunt, quo sensu dici posset, Rom.° Pontif: Concilio Generali subesse et Concil. Generale

Romano Pontifici. At in re discipl: aliter se res habet. Decreta enim discipl. in coordinatione consistunt alicujus facti cum aliqua veritate quod multiplici ratione fieri potest, imo aliquando debet mutatis rerum adjunctis. Hinc decretum discipl. eo sensu est ireformabile, quatenus ut reformetur, eadem exposcit auctoritate.

Corollarium 2. Decreta Concilii Gnlis quae adhuc a Rom. Pontif. Constitt. utpote a suprema auctoritate edita nullam appellationem admittunt. Appellatio enim est a judice inferiori ad superiorem facta provocatio, atqui nulla est auctoritas istis superior. Distinguenda tamen est appellatio a revisione quae aliquando locum habet. In re enim discipl. haec fieri potest ex pluribus causis, dummodo auctoritas revisionem peragens eadem prorsus sit. Ita appellari potest a Papa male informato ad Papam melius informatum.

De Conciliorum particularium auctoritate.

Concilia haec particularia jus dicunt, dicunt enim jus in particularibus Eccl. Hinc extra territorium vim obligandi non habent, quare Concil. nationale leges condit pro natione, provinciale pro provincia, dioeces. pro dioecesi neque ultra. Haec per se. Per accidens tamen fieri potest, ut Concilii particularis decretum jus universale fiat, id vero 2ter contingit, v. ob expressam supremae auctoritatis locutionem v. ob tacitam approbationem. Aliquando enim Pontiff. expresse confirmant Conciliorum particularium decreta. Ut vero determinetur quosnam effectus pariat

hæc Rom.ⁱ Pontif. approbatio, dogmatica a discipl. decretis distinguenda sunt. Si vero Rom.ⁱ Pontif. priora cōfirmet, decretum illud vim gnlis legis pro Eccl. acquirit et h. ex legis dogm.: naturæ derivatur, quæ universalis ē neq. a loco pōt exceptionē pati, uti enim in authentica collectione juris, si decreta habeantur Synodi particularis eo q. referantur in collectione, universæ imponuntur Eccl. ita dogmat. decretum, cum Rom.ⁱ Pontif. cōfirmationē secum fert, universam obligat Xanam societatem. At si de decretor. discipl. cōfirmatione agatur, nō ita dicend ē. Cum enim disciplinæ natura importet varietatē in locis diversis, hinc ex sola cōfirmatione arguī nequit disciplinē in Synodo partic. sancitam pro Eccl. universali inducta fuisse, unde ea semper præsumitur particularis. Notand tamē ē Rom.ⁱ Pontif. diversimode posse hæc decreta partic. cōfirmare. Ex qua diversa cōfirmatione diversi habentur in jure effectus. Sane ea 2[er] possunt cōfirmari, v. simpliciter v. authentice. Si primū, eor. vis eadē prorsus manet ac si a Synodo partic. processissent et tunc derogari v. reformari ipsa possunt in seqq. particularibus Synodis. Si vero alterum cōtingat, eadē decreta amplius nō sunt synodi partic. leges, sed leges evadunt prorsus pontificiæ. Quare a seqq. partic. Synodo nequeunt innovari absq. Sedis Apost. beneplacito. Q. vero spectat ad tacitam cōfirmationē, dico fieri per cōsuetudinē, ut synodi

partic. decreta leges fiant universales. Sane saec. IV plura habita sunt particul. Concilia in Oriente et recentiq quaedam in occidente quae de dioecesi in diocesi, de provincia in provinc. inverta sensim sine sensu ad Eccl. universam pervenerunt.

De collegiis ordinis senatorii.

Collegia itaque ex quorundam veluti Epporum senatu constituuntur, qui eorum est veluti consiliarius, ut eorum statum determinemus, perpendere oportet institutionem, speciem, auctoritatem, munera, quae s. collegio universo s. ejusdem collegii membris competunt.

De institutione collegiorum ordinis senatorii.

Hic mos quotidie in usu fuisse videtur in Eccl. ut Epi in dioecesi administratione suos vocarent presbyteros, ex quo factum est, ut non unus Epus, sed omnis clerus cum Epo et sub Epo visus sit Eccl. gubernare. Ita vero se habuit usque dum in dioecesibus una erat cathedr. eccl. Aucto fidelium numero variae quidem erectae sunt Ecclesiae praefectis s. clerici saeculares s. clericorum collegia. Porro isti clerici dioecesani a collegio erant Eccl. cathedr.: sed inde clerici amittere videbantur jura illa, quibus gaudebant veluti membra collegii Eccl. cathedr. Quare dignitas senatoria penes clerum cathedr. Eccl. sola remansit, quae quidem dignitas temporis progressu magis magisque confirmata est.

Quandoquidē medio saec. V inducta ē penes clericos communis vita ē quidē cū Epō atq ita ex familiaritate cū Epō dignitas senatoria majorē accepit cōfirmationē ē licet tractu temporis desierint clerici cū Epō vivere, haec tamē auctoritas nullū detrimentū accepit. Proinde indultū ē pro dioec: regimine veluti caput quoddā secundi ordinis, q. ex una parte subjiciebatur Epō, ex alia ceteris praeficiebatur clericis. Inde Berardius orta putant vocē capituli, quasi minus caput in dioecesi: Alia etiā collegiā clericor capitula dicta sunt. Verū postea nomē capituli penes clericos remansit Eccl: cathedr. aliaq collegia capitula collegiata s. Ecclesiar collegiatar dicta sunt. Universor vero capitulor membra canonici nuncupati sunt, quo nomine antiquitus quisq clericus appellabatur v. quia relatus erat in canonē Eccl. alicujus v. quia participabat de portione canonica Eccl: cui erat addictus. Verū hodiē canonici ii tantū dicuntur, qui aliisq capituli membris excitant. Dignitas capituli una nō ē. Ad capitula enī collegiata q. spectat, licet in se majoris v. minoris aestimentur, juxta majorē v. minorē honoris signa eis cōcessa, v. ob majorē aut minorē loci sanctitatē, in quo ab eis sacra peraguntur, tamē quisq facile intelligit, capitula haec collegiata assumi nō posse in eccl: jurisdictionis cōsortiū, quia hor capitulor praepositi nullā habent jurisdictione. Proinde capitula cōtigua ē infimae dignitatis in ordine ad ec

quae jurisdictionem aliquam exercebant, addita sunt; alia deinde venerunt capitula, quibus aliquis praeest praelatus inferior v. abbas. Cum vero praelatorum istorum auctoritas episcopali assimiletur auctoritati, capitula haec assimilata fuerunt capitulis cathedr. - quin capitula haec cathedralia, sed abbatialia appellarentur. Quandoquidem haec capitula non eadem gaudent auctoritate - nam dignitas senatoria horum capitulorum relationem habet ad sedem, cui a consiliis haec capitula assistunt. Hinc varia est dignitas capitulorum cathedr. quare

1° ut una est dignitas Episcoporum inter se comparatorum, ita est una dignitas capitulorum cathedr:

2° ut metropolita praestat suffraganeo, primas metropolitae, ita capitulum metrop: praestat capitulo suffrag: etc. - Hinc v. conseq. ex hujusmodi analogia, capitulum Eccl: rom: prae omnibus capitulis potiorem dignitatem obtinere. Capitulum h. est non collegium Eccl. Lateran. sed collegium Sacrae Roman. Eccl. Cardinalium - h. enim collegium juribus successit, quibus olim pollebat presbyterium rom. De quo collegio pauca jam dicamus. De Collegio Cardinalium.

Primis Eccl. temporibus clerus Rom. Eccl. presbyteris constabat v. etiam aliquibus diaconis qui addicti et incardinati erant titulis presbyt: et diacon: Romae erectis. Hujusmodi clerici majores ad ceterorum exclusionem Eccl: Rom. capitulum constituebant, verum saeculis insequentibus et circiter saec. IX in capitulum Rom. Pontif. etiam

nonnulli Epi cooptati sunt, ob sollicitudinē scil. quā Pontif: inhaere-
bat omn Eccl: Si enī gravis negotiū dirimendū fuisset, Pontif. ad
se vocabat vicinores Epos nempe Ostiensē, Albanensē, Tusculanū
Praenestinū, Portuensē et S. Rufini - Quae postrema dioec: etiā Silva
Candida vocabatur. Porro isti VII antistites ordinarie Romae commora-
bantur, solebantq cū clero Rom. ad Eccl. Later. accedere et assis-
tere Romo Pont: qui ibidē sacra operabatur. Inde maxima fami-
liaritate cū clericis Rom. et praesertī cardinalib Sacr: Rom. Eccl.
juncti sunt, unde additi sunt Clero Rom. incardinati et veluti par-
te constituerunt ipsius Romi Cleri cardinaliū ob assistentiā Romo
Pontif. praestandā. Quapropter praeter Rom. presb. ac diaconos
finitimi etiā Epi, qui suburbicarii dicti sunt, cardinaliū col-
legio fuerunt annumerati, hinc 3ex fuit cardinaliū gradus, sc.
diaco: presbyt: epor, sed posteriori aevo factū ē ut etiā cle-
rici aliar Eccl: in amplissimū h. collegiū cooptarentur e me-
rito. Cū enī Rom. Pont. controversias ex toto orbe debeat dirimere,
hinc sapientissime ex om orbis plaga suos advocat consiliarios, qui
nempe leges et mores suae nationis apprime calleant, quare colle-
giū h. temporis progressu Epos suburbicarios aliarq Eccle: mem-
bra complexū ē.

Ex quibus dictis haec colliguntur

1° Eccl: Rom: Cardinales alios olim non fuisse quam ejusdem Eccl. Rom. ordinarium clerum ex presbyteris et diaconis constante, qui suis respectivis Eccl=iis titulis erant incardinati, quemadmodum aliarum particularium Eccl. presbyteri et diaconi suae respectivae Eccl. clerum conficiebant, proinde

2° recentes cardinales plurimum ab antiquis distare. Sunt enim h. tempore Epi, presbyteri et diaconi cardinales. Origo vero hujusmodi appellationum haec assignatur. Erant olim Romae domus quaedam veluti hospitales, quibus excipi alique solebant pauperes, viduae, pupilli, senes quibus domibus ministrabant diaconi, qui quia iis locis erant addicti diaconi cardinales dicebantur, unde diaconiarum nomen promanavit. Habebant etiam hujusmodi domus oratoria s. sacella adnexa ad usum harum hospitalium domorum. Paulatim exolescente ipsarum aedibus dictis diaconiae nomen solis sacellis atque oratoriis adhaesit et ab iis tandem diaconi Urbis Romae, qui iisdem sacellis praeerant, dicti fuerunt. Cumque hujusmodi diaconiae per XIV Urbis regiones essent distributae, hinc qui iis praeficiebantur, diaconi fuere regionarii appellati dictique etiam cardinales 1ae 2ae etc. regionis, sc. a regione, in qua diaconia sita erat, successuque temporis antiquata hujusmodi appellatione dici coeperunt ad exemplum cardinalium presbyt: diaconi cardinalis hujus vel illius diaconiae, ex gr. S. Adriani. — At vero XIV hisce

diaconis cardinalibus additi sunt alii IV qui Eccl: Lateranensi aut Summo Pontif: in ea Eccl. celebranti in ea Eccl. ministrarent atque ut refert Panvinius in libro de episcopis, titulis et diaconiis cardinalium altaris Later: ministri fuerunt appellati, quibus omnibus denique novus titulus h.e. S. Onufrii in Vaticano a Leone X adjunctus est. varius insuper fuit presbyterorum cardinalium numerus, nam olim fuere XXVIII usque ad Honor: II post quem mutationes plures passi sunt. Hi enim tantummodo primum cardinales dicti sunt, ut observavit Thomassinus Veter. discip: P. I. L. II c. 113. Saeculo vero XI i.e. sub Leone IX Episcopi apparent cardinales. Subscripsit enim Umbertus Silvae Candidae cardinalis Episcopus Eccl. Rom. Cardinales ante dicebantur non contemplatione Eccl. episcopalis, quae propria eorum erat, sed Eccl. S. Joan. Later: Romae, cui quodammodo affigebantur et incardinabantur quia soli ii Episcopi numero VII ibi sacra mysteria peragere poterant. Hinc. S. Petr: Dam: Lib. II. ep. 1. Lateranensis Eccl. sunt Salvatoris, et insignita vocabulo qui nimirum omnium caput et electorum ita mater et quidem apex et vertex est omnium per orbem Ecclesiarum. Haec VII habet cardinales Episcopos, quibus solis post Apost: sacrum illud altare licet accedere ac divini cultus mysteria celebrare. Ex dictis etiam numerum cardinalium habemus: diaconos sc: primo XIV, deinde XIX, cardinalium Episcoporum VII, sed cum Callistus II Eccl:

eple S. Rufinae e Secund: alias Silvae Candidae, eptui Portuensi univisset e ut barbari dicunt, incorporasset, adeo VI tantu remanserunt epi cardinales. Unde colligitur, diaconos et presbyteros et epos cardinalium ante saec. XII numerum fuisse perexiguum, imo prout testatur Onuphrius Papiensis ad eam paucitatem redacti sunt, ut non essent nisi VIII juxta alios, juxta ipsum nonnisi VII viventes i. e. III presbyteri, IV diaconi, quando Nicolaus III fuit ad pontif: assumptus a. 1272. Post Nicolai III tempora auctus aliquantum e cardinalium numerus, non ita tamen, ut saec: XIV vicenarium excederet. Ut enim Raynaldus ad a. 1331 narrat cum Galliae rex Ioanni XXII duos praesentaret Gallos, ut cardinalium dignitate eos augeret, unum dumtaxat Pontif: tantum recepit, respondens quod jam XX cardinales, de quibus XVII de regno Franciae originem traxisse noscuntur, existunt in collegio memorato. Clem. VI mortuo anno 1352 unanimi consensu cardinales statuerunt, ne XX plures essent. A. 1378, cum Urbanus VI. creatus e, erant XXIII, occasione schismatis, multum crevit cardinalium numerus ut animadvertit Thomassinus. Urbanus VI. dolens cardinales defecisse ad Clem. VII, una die XXVI. creavit et ut alii volunt XXVIII. - Ioa. Iuvenalis Ursinus Archiepus Remensis - vita Caroli VI ait a. 1381 cum Clemente Avenione fuisse cardinales XXXVI -

in Concilio Basil: statutū ē, ut cardinales numerū XXIV nō exce-
dant. A. 1447 in cōclavi quo Nicol. V electq ē, cardinales nume-
rati sunt XVIII, totidēq in cōclavi Pii II ē Sixti IV - in cōclavi
Callixti III tantū XV - in Pauli II - XIX - Sixtq IV nulla habita
ratione decreti Conc: Basil: supra oēs decessores suos cardina-
liū numerū maxime auxit, cujq exemplū Alex VI. secutq ē.
Nullq tamē hor. Pontif: veterē LIIII numerū excessit, imo neq
unqā attigit.

Cū Rom. Pontiff. primq, prosequitur idē Garnerq, fuit Leo X qui in
magna illa XXXI cardinaliū creatione antiquū numerū excessit. Sub
eo enī plq minq ve LXV cardinales simul viventes fuerunt. Subindeq
Paulq IV cardinaliū numerū tanquā respondentē LXX viris quos ex
senioribq de mandato legis Moyses assumpsit ē LXX discipulis
Xi, retinend decrevit. Sixtq V qd etiā hodie observatur, his quoad
numerū ē originē hodiernoq cardinaliū delibatis, operæ pretiū ē
aliquid circa eoq munera adnotare.

De cardinaliū muneribq, duo esse dicend: eligere Rom. Pontif:
eiq in regende Eccl: perpetuo assistere. Sane spectat ad solū
cardinaliū collegiū S. Pontif. eligere, ex cōstitutione, ut ferunt, Nicolai
II qui floruit medio circiter sæc. XI. Sublata enī fuit vetq Eccl.
disciplina, qua in ejqmi electione totq clerq ē plures de populo ad-

habebantur, nulla habita eccl: et saecularis differentia, ne sc. ex tanta eligentium frequentia Summi Pontif. electio potius perturbari quam expediri videretur. Adstant insuper cardinales Rom. Pontif. qui eis negotii ex parte committit - vocantur a S. Bern: de consid. IV. collaterales, coadjutores Pontificum, ipsiusque intimi consiliarii - id confirmans Inno. III, cap: Venerabilem: Sunt autem sacerdotes, scilicet fratres nostri, qui nobis coadjutores existunt - Leo IX, qui ante Inno. III floruit, scribens ad Michael, patriar. Cpn., inquit, q. sicut cardine totum regitur ostium, ita in Petro et ejus successoribus totius Eccl: disponatur emolumentum, mox autem consequens infert, unde et clerici ejus cardinales dicuntur, cardini utique illi, quo cetera moventur, propinquius adhaerentes - quocirca patet jam non ab intitulatione aut incardinatione alicujus Eccl. cardinales vocari, sed a majori adhaerentia Pontif. Romi, cui cum interrogantur, consilium absque gravi culpa retinere aut ambiguis verbis obducto proferre non possunt etiamsi praevideant, ab aliis cardinalibus aut ab ipso Pontif. respuend. Ceterum cum non sit rationabile, superiorem inferiori subesse, nec cardinalium consensum exigere neque eorum exequi consilia Sum. Pont. tenetur. Ex tanta cardinalium dignitate mirum non erit, si patriarchis, prim. metropol. atque epis. etiam in synodis hodie praecedant - Bened. XIV. Syn. D. XIII. c. 1. Quamvis neque episcopatus neque presbyteratus ordine aliqui

eor decorentur, cardinales quippe pro totius Eccl. regimine a S^o Pont. ex toto terrar orbe adsciscuntur - archiepi e epi unius v. alterius dioec. utilitati prospiciunt, q. quidē etiā in archid: obtinet, qui ratione sui officii archipresbytero praeē, licet ratione ordinis eidē subesse teneatur - c. 1. de off. archipresb. Cōsulto dixi: hodie praecedant, quia ut testatur Ludo: Comesius, in proem: ad regulas Cancell: epi usq ad Clem. V e Joan. XXII, nedū cardinales praecedebant, verū etiā dignitate depressi e gradū minui arbitrabantur, si forte ad cardinalatū connumerentur - Quidquid in contrariū elicere satagat - auct. Dissertationis editae 1756 Ravennae: Dell'antica preminenza del cardinale. Sublimē hunc cardinaliū senatū amplissimis privilegiis Sumi Pont: decorarunt de quibus late agunt Jacobatius, lib. I de conciliis, art. XII - Barbosa, juris eccl. univ. lib. I. c. 3. e 4. Pavinius: de epistolis, titulis e diaconiis cardinaliū. Bened. XIV. De Syno. L. II. c. 5. Primo igitur cardinales in eccl. quarum sunt titulares aliisq eor titulis subjectis epli gaudent jurisdictione, ratione cujus si in curiā possunt beneficia conferre, eor resignationes acceptare, visitare eosq excommunicare ea oīa exequi, quae in eccl. suae dioecesis ratione jurisdictionis ab Epis peraguntur, ideoq cardinales licet Epi nō sint possunt tamē in suis titulis familiaribus e subditis minores ordine,

impertiri de jure abbati Tom II disp. X quæ. 4.
n. 4.
2° ad cardinalatum promoti statim a patria potestate solvuntur et si regulare aliq. institutum profiteantur, ab obedientia suor. superior. solvuntur XVIII. q. 1. Si enim etiam jure civili dignitas patriciatus jure patriæ potestatis dissolvit. instit. quibus modis jus patriæ potestatis solvatur — potiore jure id cardinalibus competit, qui totius orbis cath. patres reputantur.
3° Hostiliter insequentes S. R. E. cardinales v. eor. domos invadentes aut ad h. faciend. alios compellentes v. quolibet mo. eor. personas offendentes, de crimine læsæ majestatis puniuntur — Leo X const. incipiente temerarii — quæ est X in Bullar. T. V. Qui etiam eor. filii et nepotes ad retinendas v. acquirendas eccl. dignitates redduntur inhabiles, quam poenam etiam ad non declarantes h. crimen S. Pius V extendit Const. infelices
4. Si velint cardinales testamentum condere, possunt in simplici schedula suo sigillo obsignata absq. testibus ac solemnitate perficere, quo privilegio a tempore Greg. XIII frui cœpisse, testatur de Luca, 6° Disc. de testam. — Voluit insuper Inno. IV exteriori quoq. habitu accetens cardinales distingui, hinc in Conc. Lugd. 1245 ut alii putant, rubrei pilei insigne et purpuram illis convenit, ut

intelligerent se debere usq. ad sanguinis effusionem in Rom.ae Eccl. defensione persistere. — q. ex formula constat, qua ipsis ruber pileus a Summo Pontif. traditur — in caerem. rom. — Itemq. ut pateret omnibus augusta et regia eorum dignitas, quae per rubrum colorem apprime designatur. Summus enim purpurae adeo regibus et imperatoribus convenisse, ut illa facile de crimine affectatae tyrannidis convincerentur, apud quem purpura esset. — Sic cum quidam aemuli apud Julian. Aug. nescio quem de tyrannide affectata accusarant, delator quorum argumento comprobaret, interrogatus, purpureum inquit vestimentum ex serico habet. — itemq. S. Jo. Chr. hom. 32: aureas vestes, aureos calceos, purpuram ac diadema inter regiae majestatis signa recensuit. Sunt tamen qui contendunt, ab Inno. IV circa a. 1244 datum esse pileum rubrum iis cardinalibus, quibus regendae committebantur terrae Eccl: v. iis qui mittebantur legati a latere q. postea aut per consuetudinem aut per expressam concessionem Pauli II omnibus cardinalibus datum est. — Ex concessione vero rubri pilei purpuram etiam in quotidiano usu permissam esse contendunt. Paul. II sub initio pontificatus sui rubrum pallium cardinalibus dedit, quo equitantes sternerent equos et mox publice decrevit, ne quis alius praeter cardinales biretum gereret coccineum — Ciaconius in vita ejus.

Cū autē haec cardinalatꝰ insignia tantū cardinalibꝰ a clero saecu-
lari assumptis essent concessa, Greg. XIV etiā regularibꝰ rubrū pi-
leū indulsit. Deniq ab Urban. VIII ēminentiæ titulꝰ oībꝰ cardina-
libꝰ datꝰ ē, cū antea Illmi dicerentur, cautuq etiā fuit, ne quis
aliꝰ preter electores eccl: S. Rom. Imp: eū titulū usurparet.
Ultimo monend 3em hodiè esse gradū ē ordinē cardinaliū: sunt
VI Epi: Ostiensis, Portuensis, Sabinꝰ, Prænestinꝰ, Albanꝰ,
Tusculanꝰ, qui suburbicarii etiā vocantur Epi, eo q. eoꝝ dioe-
ceses sint Romæ admū proximæ ē cōtinguæ. Ratiōne cujꝰ
proximitatis dicuntur formaliter in dioec: residere, licet ma-
terialiter in Urbe morentur. — Bened. XIV. De Syn. D. VII. c. 1. —
Præterea L sunt presbyteri, demū XIV diaconi, qui oēs simul
sumpti septuagenariū numerū nō excedunt juxta memora-
ta Xysti V constit. Etsi vero cardinaliū collegiū unū corpꝰ
cōstituat cū Rom. Pont. sicuti Capitulū Cathr. cū Epo, tamē
Sede vacante nequeunt Cardinales manꝰ apponere iis, quæ pon-
tificiā respiciunt auctoritatē, nisi tale immineret periculū, ut
aliter provideri nō posset, uti cōtingeret in casu schismatis.
Possunt sane Cardinales hac occasiōne Synodū Gnlē cōvo-
care, licet ea regulariter auctoritate Rom. Pont. sit celebranda.
Attentis demū prærogativis, qualitatibꝰ, meritis, quæ a Conc:

Trid. Ses. XXIV. c. 1. Ref. requiruntur, solq Papa eligit Cardinales e declarat, sed tamē ad instantiā e praesentationē Imperatoris Regūq. Plura legentur ap. Cajet. Cenni in notis ad Muratorii Ann.

Antequā huic paragrapho finē imponamq, pro Cardinalibq in Urbe praesentibq opportune ē advertend nonnullos extare Constitt. quas integre profert Ignat   i.e. Const. edita a Clem. XII. d. 5. oct. 1732 „ad perpetuā". Pro recta directione Conclavis e rer Sede vacante agendar. Itē Constit. ejqdē Pp. sub d. 10. jan. 1731 „Pastorale" super optionē titulor Epōr suburbicanor e S. Collegii Decanatq. Constit. pariter Bened. XIV sub. 3. febr. 1745 „In regimine". Super pecunia Cardinalibq ad instar distributionū pro praesentiā in Curiae dari Cornuta, quā „Rotolū" vocant. E demū Constit. altera ejqdē Pp. sub d. 23. Nov. 1741 super ritibq in Cardinaliū funere adhibendis, quae incipit „Praecipuū" aliaq plura quae idē S. Maria ex vetustis e recentioribq monumentis circa Card. erudite pertractat.

De auctoritate Collegior Ordinis Senatorii Sede vacante.

Exordimur a Capitulis Eccl: Cath. Hor auctoritas Sede vacante major ē ac Sede plena pōq dupliciter considerari i.e.

quoad Epi electionē et quoad dioec: administrationē. Quoad 1um varia fuit eccl. disciplina. Primo enim clerus et populus Epum eligend curabant; saec. VIII populus exclusus est. Demum etiam clerus ab h. munere prohibitus fuit, Eccl: Cathr. Capitulo excepto. Quare in decr. Greg. IX tribuitur Ecclesiae Cath. Capitulo jus Epum eligen-di qd. tamē paene evanuit, cum Romi Pontt. sibi illud reservarunt. Qd. vero ad potestatē spectat Capituli dioec: administrandi Sede vacante, cum Epus una cum Capit. suā administret dioec: hinc fit ut Capit. auctoritas sede vacante, ex jure non decrescendi potius augeretur ut forenses loquuntur. Hinc ad metienda auctoritatē hanc regula traditur haec: Sede vacante jurisdictio Epi ordinaria in Capitu: devolvitur, nisi aliter a jure cautum sit. Circa hanc regulā observari debet:

1° potestas quae in Capit. transit est tantum jurisdictionis, non ordinis, quae personae nequit moralis esse.

2° potestas jurisdictionis quae in Capit: devolvitur, est potestas jurisd: ordinariae, quae nempe competit Epo qua Epus, non vero extraordinaria, quā Epus ex alio habet titulo. In jure enim nonnullae exceptiones inductae sunt Capituli jurisdictionē coarctantes. Qd. ex eo fit qd. status Eccl. quae suo est viduata pastore, consideratur ut status anomalus, unde post interregno

assimilari. Quare s. canones regimē Capit: sic cōsiderantes, nonnulla decreverunt, quib9 exercitiū coerceretur jurisdictionis, quā Capitu: pollet. Cū autē ee sit interregni natura, ut ab interregib9 nihil possit de statu regni mutari, sed tantū iūs cōsuli negotiis, quæ absq detrimento nequeunt differri, hinc canonib9 statutū ē, ut sede vacante nihil possit Capit. in Diœcesi mutare, sed solā habeat facultatē expediendi, quæ bono Eccl. regimini necessaria sunt.
Quomº autē Capit. hujqmi debeat jurisdictionē exercere?
Diversa ē hodierna ab antiqua disciplina: antiquit9 deputabatur œconom9, qui bona Eccl. temporalia administrabat; jurisdictio vero a toto Capit. exercebatur, s. per act9 collegiales s. per vicarios s. demū per se simul ac per alios, ita ut canonici aliquas facultates cōcederent vicario deputato, reliquā vero jurisd. apud se retinerent. Ita factū ē usq ad Trid. Patres vero Trid. incommoda æstimantes hujqmi disciplinæ, senserunt in primis per act9 collegiales nō satis expedite Eccl. negotia administrari facilig9 per singularē personā peragi. Hinc Sess. XXIV. c. 16 statuerunt, ut exclusa administratione collegiali eligeretur a Capit. Vic. qui capitularis dicitur. De quo nunc agend.

De constitutione Vicarii Capitularis.

Ad constitut. trid. tramites Capitulū intra VIII dies a morte Epi

debet Vicariū Capitularē eligere, qui proinde sit necesse ē scientia opportuna praeditq; sitq v. Dr v. saltē licentiatq in scientia cano. Q. si negligens Capit. in h. Vicario eligendo, statutū ē a Trid. quom° posit hujq m̄i negligentia suppleri. Iā vero Eccl. vacans v. suffraganea ē v. metropol: v. exempta: si primū, pō VIII dies Vicarii Capit: deputatio ad Metrop: devolvitur. si alterū, Vicariū deputabit antiquior ex suffraganeis Epq. si tertiū, Vicarq ab Epō proximioris Eccl. eligi poterit. Pō tamē cōtingere, ut simul sint vacantes ē suffr: Eccl: ē metrop: ē tunc v. ambo capitula negligentia sunt v. alterū; si alterū, statutū ē, ut Capit. metrop. suppleat negligentiā Capitu: metrop. si primū, Epq antiquior amboz negligentiā supplebit. Si deniq ōes fuerint negligentes, supplebit Pont. Rom. per Congr. Epōz ac Regul.

264

S. scientia s. morum integritas e medium necessarium quo clerici sibi venerationem conciliant. Hinc Trid. Sess. 23. c. 7. constituit, ut Epus antequam clericum promoveat ad ordines, debeat eundem examinare, non solum circa personam, aetatem, vitam, verum etiam circa scientiam morumque probitatem. Modus autem quo h. examen fieri solet, pendet ex prudenti Epi arbitrio. Ad eandem classem pertinet exercitium sacrorum ministeriorum singulis clericis pro suo ordine injunctum, tunc enim poterit clericus sibi venerationem conciliare, cum se in iis, quae ordinis sunt, exercuerit. Hinc antiquitus nemo ad ordines promovebatur seu min. s. maj. nisi prius adscriberetur Ecclesiae, in qua sui ordinis ministerium exerceret, quam disciplinam sanctavit Trid. sess. 23. de ref. ne clerici incertis sedibus vagarentur. Praeterea ad eandem classem revocatur exterior clericorum cultus. Primis saeculis exterior nullus cultus fuit clericis impositus, antiquitus enim h. unum cautum erat, ut clericorum habitus modestiam praeseferret, nullo facto discrimine, inter habitum laicorum et clericorum, eo sc. fine, ut clerici a laicis non distinguerentur et ita a religionis Xanae persecutoribus non comprehenderentur. Attamen saec. VI s. quoad comam s. quoad vestes clerici externe a laicis distincti sunt; abradere s. quidem coeperunt comam, ad monachorum exemplum.

cũ ante tonsura hæc sæcularium vanitatũ depositionẽ denotaret, hinc eccl. disciplina hanc tonsurã oĩbq clericis injunxit. Eodẽ tempore vestis inducta ẽ qua clerici a laicis distinguerentur, in oriente quidẽ, quia plures monachi ad ẽptũ promoti induendas curarunt vestes monasticas cũ clericis sibi subjectis, in occidente vero barbarorũ incursionũ occasione, quia nempe laici imitandas voluerunt breviores barbarorũ vestes, clerici vero longiores retinuerunt, juxta veterũ Romanorũ usũ. Cũ ante istæ vestes maxime clericis cõvenirent, præceptæ postea fuerunt, cujq vero formæ, cujq coloris hæ vestes esse debeant, canones nõ determinarunt. Attamẽ Trid. sess. c. i. determinand reliquit prudenti Epõrũ arbitrio, ubiq tamẽ niger color inductq ẽ ẽ ea forma servata, ut ad talos usq vestis pertingat, præsertĩ vero in sacris functionibq divinorũq officiis peragendis.

Ut clerici sibi venerationẽ cõcilient, nõ sufficit, ut positivis perfungantur officiis, sed etiã requiritur, ut quædã vitent, quæ cũ clericalis statq sanctitate nequeunt cõponi. Hinc per canones plura clericis prohibita sunt, quæ laicis aut tolerentur aut permittuntur. Hinc

1° clericis interdicitur nõ mº incontinentia, sed qualibet cõnetudo qua aliquã incontinentiæ speciẽ ingerere valeat. Quare vetitã

habitatio cū feminis, consanguineis exceptis v. oī suspicione carentib9
Tit. VII L. III de cohabitatione clericoꝝ ē mulierū
2° Prohibentur sese im̄iscere curis saecularib9. Ratio ē, ne clerici
iis vacantes, a div. servitio nimis abstrahantur nec ob male gestā
administrationē aliquando infamiae notā incurrant. Hanc ob
causā iis potissimū prohibetur negotiatio, nō quidē impropria
sed quae verā importat reꝝ emptionē, ut inde in eodē statu venundantur.
Tit. 50. ne clerici v. monachi saecularib9 negotiis sese im̄isceant
3° Prohibentur eis quaedā artes, quae cū mansuetudine ē pietate
stat9 clericalis minime cōvenire censentur. Hinc nequeunt exercere
arte laniorum, chirurgicā ē medicā. Aliquando tamē alicui
clerico indulgetur apost. dispensatio, ut possit artē medicā exercere,
nō chirurgicā.
4° Vetantur ludi, iī praesertī, quoꝝ exit9 potiꝰ a fortuna, quā
ingenio dependent ē designantur in canonib9 nomine aleaꝝ.
Hi vero, etiā laicis, sub gravib9 poenis interdicuntur, proinde
a fortiori clericis, qui his ludis nec interesse possunt.
Sed in specie jus nostrū nō determinat, qui sint hi ludi, nā
praeter antiquos canones, Conc. Trid. sess. 24 c. 12 Ref. decrevit
abstinend clericis ab universis illicitis ludis, relinquens
tamē Epoꝝ judicio determinare pro ad, incoloꝝ diversitate,

personas, locos, etc. qui ludi sunt illiciti - Bened. XIV Synod. II. c. 10.

5° Prohibetur venatio - Canones enim absolute clericos venatores gravissimis plectunt poenis - L. V Tit. 24: de clericis venatoribus - Bened. XIV - Synod. II. c. 2. Attamen doctrina communis duo venationis genera distinguit: alterum clamorosum q. magno hominum canumque apparatu exercetur, praesertim ad grandia animantia capienda - alterum vero quietum, q. v. solis retibus v. armis etiam sed paucis adhibitis canibus ad minores feras capiendas exercetur. Quare licet canones absolute prohibeant clericis venationem, ea tamen nonnisi clamorosa vetita censetur.

6° Clericis interdicuntur spectacula saecularia, ea praesertim quae inhonestate redolere possint. Hinc cautum est, ne clerici choreas agant aut eis intersint, ne personati incedant, ne absque necessitate tabernas adeant - Lib III. T. 1. de vita et honestate clericorum.

Ex hisce omnibus patet, omnia clericorum officia s. positiva s. negativa h. uniti principio, ut nempe clericis praeceptum sit, quidquid est absolute necessarium, ut sibi venerationem concilient, vetitum autem, quidquid huic obstat. Gravius vero aut levius aliquid per canones prohibetur prout res majorem v. minorem habet relationem ad venerationem clericis conciliandam. Ad quem finem diversitas est considerandae conditionis

nis ē gradq, quē clerici obtinent, ut unicuiq gradui tempestiva sanc-
titas cōcedatur.

Præter communia specialia adsunt officia, quibq nō oēs neqs eodē mº adstringun-
dur. Ad hæc pertinent celibatq ē div. officiū; canones enī ita sanxerunt celi-
batq legē, ut clerici abhorrerent a cogitationibq carnalibq ē promptiores essent
ad unionē cū Deo per studiū orationis, quæ in recitatione div. officii obtinetur.
Ita clericoq sibi venerationē sibi conciliat. De div. off. agemq in Tr. de rebq
Hic tantū sermo erit de celibatu.

De celibatu. Longq esset, si velī oēs de clericoq celibatu lites dissolvere.
Hanc enī legē præter veteres hereticos præsertī impugnarunt protestantes,
dixeruntqs ea nō mº inutilē ē perniciosā, verū etiā juri naturæ ē div.
positivo contrariā. Sed hæc missa facio, cū potiq ad jq publ. pertineant.
Investigemq potiq variā Eccl. disciplina hac in re. Vidit itaq Eccl. arctissi-
mū nexū inter celibatq ē clericatq statū, qui enī sine uxore ē, ut ait Paulq,
cogitat, quomº placeat Deo, sed qui cū uxore ē, cogitat, quæ sunt mundi ē
divisq ē. Clericoq vero ē cogitare quomº placeant Deo, quare ab antiquo
sancita lex ē castitatis perpetuæ ē abstinentiæ a matrimonio pro cleri-
cis præsertī majoribq; sed ut rite hanc legē expendamq, distinguamq o-
portet, matrimoniū ab ejq usu, i. e. consideremq celibatq legē 1. quatenq inter-
dicit clericis pō ordinationē nuptias cōtrahere 2. quatenq eis prohibet
usū matrimonii ante ordinationē cōtracti. Si cum ode dignorantur

varia hujus disciplinae discrimina, quae s. quoad major. s. quoad min. ordines in orientali et occid. viguit Eccl. Duplex itaque sit articulus: in 1° loquemur de lege coelibatus, quae vetat clericis matrimonium post ordinationem; in 2° de eadem lege, quae clericis vetat usum matrimonii ante ordinationem contracti.

De lege coelibatus quae vetat matrimonium contrahere post ordinationem.

Considerabimus 1° quoad clericos maj: 2° quoad minores. Jam ab antiquis temporibus s. in Oriente s. in Occid. obtinuit lex, quae clericis in sacris constitutis vetat inire matrimonium post ordinationem. Dispositio haec generalis in univ. Eccl: unam tantum exceptionem habuisse videtur, quae eruitur ex can. 10° Concil. Ancyrani, relato ad diaconos Eccl. Orient: - in Decr. Grat. P. I. Dist. 28 can. 8°: diaconi quicumque cum ordinantur si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes velle se habere uxores neque posse se continere ab illis si postea ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quod eis Episcopus licentiam dederit. Quare apparet, diaconis, qui emisissent memoratam demonstrationem et sui Episcopi assensum habuissent, ex sacris canonibus aliquando permissum esse, ad nuptias convolare. Quae exceptio deducta fuit ad tramitem juris communis per can. 6 Concil. Trull. Ceterum hac omissa exceptione certum omnino est quod generatim affirmamus, clericis nimirum majoribus s. orient. s. occident. Eccl. perpetuo fuisse interdictum post ordinationem nuptias contrahere. Praestat nihilominus de vi hujus legis inquirere.

Quamvis enim memorata lex semper viguerit, tamen non eadem semper fuit

q9 effect9. Aliquando enī matrimoniū contra hanc legē initū, illicitū seu habitū ē, aliquando at invalidū. Hanc disciplinæ varietatē perpendere juvenit 1. quoad orient. 2. quoad occid. Eccl. In Eccl. occid. usq ad sæc. XII quo Concil. Later. III celebratū ē, lex ista nihil importabat aliud præter certā illicitudinē. Ex antiquis enī patet canonib9 q. si clerici maj: nuptias celebrassent, deponebantur quidē ab officio ē removebantur ab ministerio, sed matrimonii vinculū perseverare videbatur. Attamē Conc: Later. rē mutavit, edicens, (canv. VII ē VIII, ut ordo sacer nō ampli9 impediens, sed dirimens matrimonii impedimentū constitueret. Quā sanctionē expresse renovavit Trid. Sess. XXIV - canv. IX de matrim. -

Quoad Eccl. orient. dubitatur a nonnullis, an præfata lex se inferat tantū illicitudinē, an etiā matrimonii nullitatē. Probabilior sententia pro nullitate ē - Bened. XIV - Const - „Quāvis". Certū tamē ē, Græcoꝝ Italoꝝ i.e. commorantiū in grandā parte Calabriæ v. Siciliæ, ne eoꝝ agendi ratio scandalū afferat Latinis nullū atq irritum esse matrimoniū pō ordinationē celebratū - Bened. XIV - Constit. „Etsi pastoralis". -

Pro ordinib9 minorib9 nō eadē severitas in eccl. habetur disciplina attamē quoad istos etiā aliā discrimē ē inter orient. ē occid. Eccl. - Orientalis enī nō indulget istiusmodi clericis, ut nubant ē Eccl. occid. i. etiā permittit ita ut clerici min: licite matrimonia contrahant, at pro continuo studio, quo Eccl. occid. legē celibat9 prosecuta ē, hosce mino.

clericos non removet a sacris officiis, imo inhabiles eos facit ad eccl. beneficia aut pensiones obtinendas, eosque quibus ante matrimonium fruebantur, non privat.

De lege celibatus quae vetat usum matrimonii initi ante ordinationem.

Ex historia certum est etiam conjugatos, vivente adhuc uxore, ad sacros ordines fuisse promotos, quaeri proinde potest, an Eccl. iis permiserit matrimonii usum. Jam vero v. a primis Eccl. temporibus laudabilis obtinuit consuetudo, ut tales conjugati uxoribus non valedicerent. Constat enim eos dimisisse v. eos retinuisse ea tamen lege, ut a conjugali usu abstinerent; imo habemus eas mulieres quandam assumpsisse vestem veluti regulares et quae iis eorum maritis mortuis erat, quae non poterant ad novas convolare nuptias, quasi religiosam professionem emisissent. Quare universalis visa est lex obtinuisse vi cujus clerici maj: ab usu matrimonii abstinere debuissent; progressu vero temporis quaedam mutatio inducta est dum Eccl. latina etiam quoad matrimonii usum celibatus legem magis magisque firmavit, Eccl. graeca eam studuit relaxare, unde in hoc alia viguit in Oriente disciplina, alia in Occid. Eccl. quidem occid. utpote celibatus sollicita suos clericos celibes non voluit, ita ut ab ordinibus suscipiendis conjugatos veluti excluserit et perpetuo quicumque matrimonii usum intenderint. Et hoc quidem perpetuo quoad Epos, presb: diaco: Quoad subdiac: non semper eadem fuit occid. Eccl. disciplina. Antiquitus probabilius videtur etiam eos

adstrictos fuisse eadē celibatus lege, qua alii majo. clerici adstringebantur. Primus vero qui eos continentiae lege vinxit, fuit Leo I saec. V, etenim in ejus ep: 12 cap. 4 legitur: nec subdiaconis connubium carnale conceditur, ut qui habent sint tanquā nō habentes, et qui nō habent, sint ut singulares. At hujus cui constitutio nō ubique videtur obtinuisse. Saec. enī VI. S. Greg. M. obtinuit hac lege subdiac. Siculos et ad h. exemplum adduxit Cleri Rom: ita se gerentis, imo et quaedā particularia Concilia, ut Turon. I - Aurelia: IV. quae de hac lege mentiōe faciunt. Attamē saltē saec. XI certū e hanc legē ubique viguisse. Sane Leo IX in sua constitutione cap. 1. dist. 21, decr. Grat. habet: confitemur oīo nō licere Epo, presbytero, diacono, subdiacono propriā uxorē abjicere a cura sua propter studiū religionis, sic ei suppeditet victū et vestitū, nō ut cū illa ex more carnaliter jaceat nec sit deinceps inter eos carnale cōjugiū.

Quaeri tamē pō, an aliquis possit, licet conjugatus, ad ordines promoveri. Ad quā respondeo, i. Ecclesiā concessisse, ea tamē servata cōditiōe ut sc. celibatus lex quoad matrimonii usū firma servaretur. Hinc voluit, ut hic ante haberet assensū uxoris suae ipsaque publicū castitatis votū corā Epo emitteret, ita ut licet vir praemoreretur, tamē nō posset ad novas transire nuptias. Quae si in aetate juvenili esset cōstituta, unde concupiscentiae esset suspicio, voluit ut perpetuo in aliquo

monasterio includeretur. Ad Eccl. orient. q. attinet v. in ipsa Nicaen. Syno: juxta Socr: nō potuit universali sanctiōne cōstitui, ut clerici majores ōio abstinerent ab usu matrimonii ante ordinatiōnē initi. Attamē haec lex nō viguit s. ob periculū augendae haereticae pravitatis quae v. primitꝰ Eccl: orientalē dilaceravit v. ob propinquitatē quā Orientales ad schisma habebant s. inspecta eoꝝ indole ad libidinē prona eꝝ. Imo in eadē Eccl. cōtraria sancita ē lex. Saeculi VII Synodꝰ Trull. cap. 13. jussit usū matrimonii Epīs interdici, nō ante Presbyteris ē Diaconis. Attamē Romi Pontiff. hanc legē nunquā probarunt neqꝫ mediantibꝰ Imperatoꝝ sollicitationibꝰ, uti praeclare ostendit Zaccaria Histor: polem. celibatꝰ. Postea vero amore pacis disciplinā hanc toleraverunt s. ut schismati tolleretur occasio s. ne majꝰ malū sequeretur, deficerent eni hoīes, tale ē tantū onꝰ recusantes. Hinc clerici min. apud Orient: antea matrimoniū cōtrahunt, dein ad ordines promoveri curant. Cautū tamē ē, ut presbyteri ab uxoribꝰ abstineant v. hebdomada v. saltē triduo, antequā sacra peragant. Clem. VIII. Constit: Presbyteri Graeci. Bened. XIV. Synod. Dioec: Quare nunc apud Graecos difficillime reperiuntur clerici, qui velint ab uxoribꝰ abstinere, ut ad Epātū promoveantur unde ad hoc munꝰ necessario eliguntur monachi, qui universalē orientalē Eccl. moderantur. I. demonstrat celibatū inseparabile

ene a statu clericorum.

De privilegiis status clericalis.

Clericis plura indulta sunt privilegia et merito, ut praeserti eorum rependantur officia, quibus in bonum fidelium attendunt. Hinc et plures praerogativas v. penes Ethnicos videmus eos obtinuisse, qui sacris operam navabant. Verum horum privilegiorum duae classes sunt: nonnulla sunt, quibus aliqui ornantur clerici, juxta gradum, quem occupant in Hierarch. eccl., alia generalia sunt, quae nempe omnibus competunt. Cum specialia plurima et diversissima sint, de iis non loquimur, pendent enim a tenore litterarum apost. quibus in favorem alicujus conferuntur. De generalibus potius loquemur. Horum quaedam personas respiciunt clericorum, quaedam vero res; rursus privilegia, quae personas respiciunt, aliquando honorem secum ferunt, aliquando exemptionem et commodum important. Inter haec ea refulgent, quae canonis fori et competentiae privilegia dicuntur.

De Canonis privilegio.

V. ab Eccl. primordiis ea fuit pietas fidelium, ut veneratione prosequerentur eos, qui divino servitio erant mancipati: hinc sacrilegus semper habitus est, qui injuriam aliquam clerico irrogasset. H. privilegium antiquitus nulla custodiebatur poena eccl. quia necessarium non videbatur aliquam poenam sancire, cum populus sponte sua clericorum statum veneraretur. Postea vero imminuta fidelium veneratione erga clericos, necessarium visum est ut ab eccl. auctoritate gravissimae sancirentur poenae in illos, qui

reali aliqua injuria clericos afficerent. Q. præserti necessariũ fuit, quando ii nõ defuerunt, qui plebẽ adversg clericos cõcitarent. Hinc PP. Conc. Later. II sub Inno. II celebrati, hujg mi poenã cõstituerunt his verbis can. XV: „Si quis suadente diabolo hujg sacrilegii reatu incurrerit, q. in clericũ aut monachũ violentas manũ injecerit, anathematis poenæ subjaceat ẽ nullg Epĩoz illũ præsumat absolvere, nisi mortis periculo urgente, donec apost. cõspectui præsentetur ẽ ejg mandatũ suscipiat.“ Ex quo canone natũ ẽ illud Clericoz privilegiũ, q. canonis dictũ ẽ. Hujg aute privilegii cõceptg in eo positg ẽ, ut quicunq diabolo suadente s. ex ira, ex vindicta aut aliquo pravo affectu violentas manũ injiciat s. in monachũ s. in clericũ, incurrat generati loquendo excommunicatione Romº Pont. specialiter reservata; dixi generati loquendo, quia aliquando Ordinarig põ absolvere. Hæc poena in Conc. Later. lata fuit ut tanta servaretur veneratio clericis debita. Unde patet, hanc Canonẽ nõ exhibere privilegiũ aliq alicui indultũ, sed jg singulare integro clero attributũ. Hinc seq: nullũ clericũ citato privilegio posse nuntiũ mittere, nequit enĩ renunciare huic privilegio, nisi ceteri afficiantur injuria. Quare licet clericg quacunq ex causa assensũ percussioni præstet, nihilominũ percussor excommunicatiõnẽ incurrit.

2º Privilegiũ canonis regitur interpretatione extensiva nõ restrictiva i.e. privilegiũ h. juri cõstituto nõ opponitur, sed potig ejg

favorē habet; inde verba Can. Later. habent amplissimā interpretatiōnē. Quare seq. etiā

1° q. sub verbis: „si quis" intelligantur oēs nedū imediate percutientes clericos cujuscunq sint sexq, statq etc. dumº doli capaces existant, sed etiā consulentes, mandantes etc. Quinimo si quis percussionē suo nomine in clericū patrata simpliciter rata habeat, excomunicationē etiā incurrit: h. traditur c. 25. de sententia excomunicationis in VIº ubi legitur: „Cū quis absq tuo mandato manq injicit in clericū tuo nomine violentas, si h. ratū habueris, excomunicationē latā in canone incunctanter incurres." E ratio additur: „Cū ratihibitio retro trahatur e mandato debet cōparari". –

Praeterea eadē poena plectuntur, qui percutiunt s. clericos s. monachos. Clerici vero nomine hi oēs veniunt, qui ad clericalē pertinent statū, etiāsi tantū sint tonsurati, quin etiā clerici uxorati, dumº 1º unicē e virgini nupserint; 2º tonsurā e habitū deferant; 3º Eccl. inserviant, cui fuerint ab Epo deputati. Trid. sess. XXIII cap. 6. Ref. Hinc canonis privilegio nō fruuntur clerici bigami aut clericalē habitū demittentes aut clericq more nō viventes, si ter ab Epo admoniti clericalē habitū resumere detrectant; itē clerici degradati h. privilegio nō fruuntur, neq. ii qui latrocinio aliove enormi crimine sese foedaverint. Eadē ratione nomē monachi amplissima ratione usur-

patur ē privilegio canonis gaudent regulares oēs utriqꝫ sexꝰ, etiāsi professi nō sint, ut ex ca. 21 de sententia excommunicationis in VI° Quin auctores notant h. privilegio gaudere etiā tertiarios aut tertiarias ordinis mendicantiū, mo in suis domibꝫ celibē vitā agant e suo Epō castitate perpetuā voverint. Demū Eremitæ, si tamē clericale habitū ab ecc. auctoritate acceperint ē alicui eccl. Superiori obnoxii, alicui determinatæ Eccl. inserviant.

380

S. 380.

25. I. 1953. Jakubz

[illegible]

Don. Bertacini
Pid. Angelici